NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 B
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

# LVDOVICI ZVNTI
## PARMEN. IVRISCONS.
## RESPONSVM
## PRO
## *VXORE.*



PARMAE
Apud Seth Viottum
Approbatione Præſidentium Sanctiſſimæ Inquiſitioni antecedente.
M D LXX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

13 4 B . 17

# ILLVSTRISS. ATQ. EXCELLENTISS. FERRARIENSIVM DVCI ALFONSO ATESTINO SECVNDO

Ludouicus Zuntus.

S. P. D.

MEMORIAE, literiſq; proditum eſt, Ampliſſime, & Optime PRINCEPS, Philippum Regem Macedonum in audiendis, cognoſcendiſq; ſubditorum cauſis defatigatum, ac proptereà ex ſubſelijs abeuntem, ab anu paupercula interpellatum fuiſſe, vt & cauſam ſuam expediret. Quam hac flagitatione frequenter illi obſtrepentem cùm Rex neglexiſſet, atq; otium tractandæ cauſæ ſibi non ſupereſſe diceret, inclamauit anus; Proinde nec Rex quidem eſſe velis. Qua voce libera perfectum eſt, vt admiratus, ſimulq; reuocatus Philippus reſederit, & non illi ſolùm benignas aures præbuerit, verùm etiam alios patienter audierit. Quod autem libertate loquendi anicula extorſit à Philippo, id nos, Magnanime ALFONSE, pura, & ſimplici petitione noſtra à te impetraturos ſperamus. Ea etenim eſt tua humanitas, benignitas, le-

nitas, iuſtitia, prudentia, vigilantia in adminiſtrā-
da Repub. in negotijs conficiendis, in cauſis au-
diendis, in querelis intelligēdis, in oppreſſis ſub-
leuandis, in litibus terminādis, in omnibus deniq;
egregiè præſtandis, quæ in perfectiſſimo, & opti-
mo Principe deſiderantur, vt quo nomine Cyrus
Perſarum Rex à Xenophonte commendatus eſt,
quòd plures oculos, atq; aures haberet (Principē
enim auritum eſſe oportere, oculoſq; Argi, vel
Iani habere debere dicebat) eo tu digniſſimus ex
cellas. Et quo in officio Cæſar Auguſtus magnam
laudem conſecutus eſt, nempè, quia ius aſſiduè
diceret, & in nocte nonnunquàm, ſi parum cor-
pore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel
etiam domi cubans: in eo tu minimè vinci patia-
ris. Quo tandem iuſtitiæ ornamento Antoninus
cognomento Pius tantum meruit, vt à maximis
Regibus, & potentiſſimis Populis multoties de
controuerſijs inter ſe iudex poſceretur: propte-
reaq; etiam Indi, Bactri, & Hircani, cùm tantam
Imperatoris intelligerēt iuſtitiam, atq; virtutem,
naturali compreſſa ferocitate, legatos ad eum
humaniſſimè miſerint: eo tu inter omnes alios
conſpicuus incedas. His ergò virtutibus tuis fre-
tus, humaniſſime PRINCEPS, non ſum veritus
à te petere, vt licet maximis rebus gerendis, Po-
puliſq; tuis in officio continendis, & illis rectiſ-
ſima iudicij ſtatera examinandis occupatiſſimus,
cauſam Vxoris meæ, eiuſdemq; Ciuis tuæ Regiē-
ſis ex Familia Zobola audire non graueris. Quod
commo-

commodiſſimè tibi quidem, & nobis ex ſententia
ſuccedet, ſi Reſponſum pro Vxore hoc noſtrum 
Doctiſſimis, Præclariſſimiſq; Iuriſconſultis Paulo
Leonio, Iacobo Roncalio, Franciſco Mar. Fino,
ex quibus tanquàm ex alteris Paulis, Vlpianis, Pō-
ponijs, exemplo Alexandri Cæſaris, Sacratiſſimū
Iuſtitiæ Conſilium ad benè, beateq; Rempub. gu-
bernandam tibi comparaſti, legendum tradide-
ris, illorumq; ſententiā exquirere volueris: per-
ſanctè in hoc etiam imitatus Alexandri ipſius in-
ſtitutum, quem ſinè Iuriſconſultis, quos com-
memorauimus, & pleriſquè alijs, nullam vnquàm
conſtitutionem ſacraſſe, nullam legem ſanxiſ-
ſe, de re nulla grauiore ſtatuiſſe legimus: ſed ita
vt iretur per ſententias ſingulorum, ac ſcribere-
tur quid quiſq; dixiſſet, dato ſpatio ad diſquiren-
dum, cogitandumq; priuſquàm dicerent, ne im-
meditati de rebus maximis dicere cogerētur. Ab
illis enim, quorum nō vereor integerrimum ſubi-
re iudicium, te intellecturum confido Celſi Zo-
boli Optimi Ciuis tui Regienſis poſtremam, ac
piam voluntatem in filiam vnicam dilectiſſimam,
& eandem Vxorem meam, impietate Ioannis Ba-
ptiſtæ Maronis publici Tabellionis Regienſis in
maximum diſcrimen fuiſſe deductam. Tum legi-
timis; atq; opportunis, quæ quorundam malitia
ſupprimere non potuit, adhibitis remedijs, illam
ſedulò adiutam, ſubleuatamq; fuiſſe. Deinde Re-
ſponſo pro Vxore, vel potius pro iuſtitia hoc no-
ſtro reddito, illam ipſam fuiſſe erectam, firmatā,
& ad clariſſimam lucem reſtitutā. Poſtremò quæ
ſen-

ſententiã à Præſtantiſs: & integerrimo viro Antonio Nigrelio, quem, alijs magiſtratibus ab eo ſanctiſſime geſtis, Appellationum Iudicem Ciuitatis tuæ Regij meritò ob eius probitatẽ, atq; doctrinam conſtituiſti, ad definiendam cauſam hanc à Partibus electo, & ſperari poſſit, & expectari debeat. Hac autem cauſæ ipſius expoſitione à Sacroſancto tuo Conſilio tibi facta, reliquum erit, vt ex Rota Reipub. Ianuenſium; ad quam accitus, cùm has dabam literas, iter ingredi parabam; illud Ciui tuæ præſidium, illam voluntatis Teſtatoris defenſionem, illud impijs hominibus præmiũ, illum deniquè rei exitum præſtolemur, quem à PRINCIPE iuſtiſſimo, oppreſſorum protectore, ſcelerum vindice, pietatis cultore, virtutis amatore, qualem te eſſe conſtans fama relatione continua in vltimas vſquè terras penetrauit, honeſtè quis impetrare poteſt. Quod ſi erit factũ, & Vxorem meam Ciuem tuam Regienſem tuæ iuſtitiæ ſupplicem proiectam non tam ad pedes, quàm ad tuos diuinos mores, meq; ſimul Ciuem Inuictiſſimi illius PRINCIPIS, qui neceſſitudine, ac virtute tibi eſt coniunctiſſimus, diuino beneficio affeceris, atq; addictum, deditum, obſtrictum tibi ipſi perpetuò habebis. Et tu ipſe PRINCEPS optime, ob vindicatam ab impietate ſanctiſſimam Teſtatoris vltimam voluntatem, ac pulcherrimo exemplo impiorum audaciam reſtinctam, apud omnes æternam gloriam conſequere. Vale.

Parmæ. XVII. Kal. Decemb. M D LXIX.

# CLARISSIMIS VIRIS, ET IVRIS CONSVLTISSIMIS PAVLO LEONIO, IACOBO RONCALIO, FRANCISCO MAR. FINO,

## CONSILIARIIS DVCALIBVS IVSTITIAE FERRARIAE MERITISS.

## Ludouicus Zuntus S. P. D.

CVM MVLTIS quidem priſcorum magiſtratibus iuſtitia, & grauitate celeberrimis Sacroſanctum Conſilium veſtrum iure poſſit comparari, Patres Ampliſſimi, tum nulli magis, quàm Areopagitico Conſilio totius Græciæ longè præſtantiſſimo haud immeritò videtur æquiparandum. Nam quemadmodum in Areopagitarum numerũ cooptari ſolis illis ſperare licuit, qui claris natalibus orti virtutis, ac modeſtiæ documenta permulta honeſtate vitæ dediſſent: quiq; prius Theſmothetarum magiſtratu innocentiſſimè functi eſſent, ad quem illi tantùm aſſumebantur, qui de omni vita acta cauſam dixiſſent, & de moribus, actionibuſq; ſuis in diſquiſitionem vocati, iudiciorum aleam ſubijſſent, neq; vllam dedecoris labem perpetua innocentia ſic contraxiſſe viderentur: Adeò vt antiqui, cùm Areopagitam dicerent, omnibus numeris grauitatis, & ſeueritatis perfectum Iudicem ſignificarent: In prouerbio etiam apud Græcos fuerit, Areopagita ſubticentior: de homine dictum, qui arcana optimè nouit continere, & linguæ ſuæ imperitare: A quo ſanctiſſimo conſilio memorabile illud prodijt inſtitutum: vt quid quiſq; Athenienſium ageret, aut quonam quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſſimè Areopagus inquireret, vt homines honeſtatem, vitæ rationem memores reddendam eſſe, ſequerentur. Quorum inſuper, inter alia, memorabile illud memoriæ proditum eſt Areopagitarum iudicium, quo puerum Coturnicũ oculos eruentem damnauerunt: nihil aliud iudicantes, quàm id ſignum eſſe pernicioſiſſimæ mentis, multiſq; malo futuræ, ſi adoleuiſſet. Ita vos, Patres Optimi, & ſanguinis claritate, & virtutis ſpecimine, & modeſtiæ experimento, & ho-

neſtatis vitæ exemplo, multis prius alijs magiſtratibus ſanctiſſimè
geſtis, qui non niſi probatiſſimis viris demandari ſolent, in clariſſima
omnium luce verſantes ex vniuerſa Italia ſummo cum iudicio ab in-
clyto Ferrarienſium PRINCIPE accerſiti, maximiſq; conſtitutis
præmijs in Conſilium Iuſtitiæ Ferrarienſe cooptati veram, & abſolu-
tam Iudicum grauitatem, & iuſtitiam refertis, ac repræſentatis: ar-
cana PRINCIPIS veſtri optimè continetis, & linguæ veſtræ imperitatis:
Ferrarienſes, Mutinēſes, Regienſes, & alios, qui in ditione ſunt PRIN
CIPIS veſtri, non tam ſanctiſſimis inſtitutis, quàm ireprehenſibilis
vitæ exemplo ad ipſius vitæ honeſtatem accenditis, & compellitis:
non ſecus etiam atq; Socratem feciſſe tradunt, quem plus vtilitatis
auditoribus ſuis moribus, quàm verbis attuliſſe accepimus: Pruden-
tiſſimis, ſanctiſſimiſq; iudicijs veſtris omnium oculos, & animos in
voſmet ipſos cōuertitis. Ita quidem, vt non ſolùm Areopagitis iure
comparandi, ſed etiam ex vniuerſo ipſorum Areopagitarum conſilio
veluti perfectiores ſelecti meritò videamini. Quando igitur, Patres
Conſcripti, Areopagitarum viuam imaginem refertis, mos etiam il-
lorum in iudicio à vobis (vt ſpero, & opto) in cauſa Vxoris meæ fe-
rendo, pro qua Reſponſum hoc reddidi, quod ad Sereniſſimum
PRINCIPEM veſtrum æquiſſimis ſententijs veſtris examinandum
tranſmiſi, à vobis ipſis iure quodā ordinis illius religioſiſſimi, in cuius
locum ſanctiſſimus ordo veſter, ſuffectus eſt, ſeruandus, cuſtodien-
duſq; videtur. Morem etenim Areopagitarum fuiſſe legimus, vt
noctu, & in tenebris: ideò iudicare ſolerent, ne ad dicētes reſpicere
poſſent, ſed ad ea, quæ dicerentur. Quod à vobis optimè ſeruabi-
tur, ſi nec ad ætatem meam, quæ ea non eſt, vt auctoritatem apud vos
ſibi comparare poſſit: nec ad meæ eruditionis exiſtimationem, quæ
propter eius debilitatem ad vos ipſos non peruenit: nec ad aliquid
deniq; extrinſecus ductum, quod Iudicum animos quadam religio-
ne plerunq; ſolet imbuere: ſed ad ea tantùm, quæ pro Vxore reſpō-
demus iuri quidem, & æquitati maximè conſona, atq; ex ipſo Veri-
tatis fonte puriſſimo à nobis hauſta, reſpicere volueritis, & illa ſola
ad definiendam cauſam pertinere cenſueritis. Si etiam eorum, qui
partis aduerſæ patrocinium ſuſceperunt (magis quidem ne illa ſola
Patronis careret, qui exorati deſiderio ſuo ſatisfacerent, & cauſæ inſer
uirent, quàm pro iuſtitia, & veritate arma induerent) clariſſimum
nomen, excellentemq; auctoritatem, & aliud, quod vim afferre poſ-
ſit ante oculos non habueritis, & pro aliquo præiudicio valere non
putabitis. Iſtud eſt, quod Oratorum Princeps M.T.C. Iudices eni-
xè deprecabatur, ne quid L. Murenæ dignitas M. Catonis, ne quid
expectatio

expectatio Tribunatus, ne quid totius vitæ ſplendor, & grauitas nocceret. Bis (inquit ille) Conſul fuerat P. Africanus; & duos terrores huius imperij Carthaginem, Numantiamq; deleuerat: cùm accuſauit L. Cottam. Erat in eo ſumma eloquentia, ſumma fides, ſumma integritas, auctoritas tanta, quanta in ipſo imperio Populi Romani: quod illius opera tenebatur. Sæpè hoc maiores natu dicere audiui: hanc accuſatoris eximiam dignitatem plurimum L. Cottę profuiſſe: Noluerunt ſapientiſſimi homines, qui tum rem illam iudicabant: ita quenquàm cadere in iudicio, vt nimijs aduerſarij viribus abiectus videretur. Tolle mihi è cauſa nomen Catonis (exclamat Cicero pro ipſo L. Murena) remoue, ac prætermitte auctoritatem: quæ in iudicijs aut nihil valere, aut ad ſalutem debet valere: congredere mecum criminibus ipſis. Quid accuſas Cato? quid affers in iudicium? quid arguis? Qua præclariſſima, & ſapientiſſima M. Tulij voce ſatis vnicuiq; perſuaſum eſſe debet neq; potentiam, neq; auctoritatem, neq; gratiam, neq; vim aliquam maiorem in iudicium afferendam: ſed re ipſa, de qua agatur, legibus, veritate, iuſtitia decertandum eſſe, atq; poſtrema hæc in ſententijs ferendis apud iudices præualere ſemper oportere. Quod ſi (vt ſpero) in hac Vxoris meæ cauſa à vobis grauiſſimis, & ſanctiſſimis, atq; omni laude, & honore digniſſimis viris impetrauero: vos ipſos Areopagitas veriſſimos cœlo nobis demiſſos prædicare non deſinam, ad iuſtum hoc iudicium, de quo agitur, iudicandum: ad conſeruandam iure naturali patris debitam filiæ hæreditatem: ad votum ipſius patris exoluendum: ad diſpoſitionem teſtatoris ab impietate vindicandam: & ad alia piè, ſanctéq; gerenda, quę volens, vna cum iuſtis laudibus veſtris prætermitto, poſtquàm apud vos Areopagitas verba facimus, apud quos (vt ſcripta teſtantur) ſi quis in auſpicanda oratione proœmium ad conciliandos eorum animos, aut commiſerationem, exagerationemúe extrinſecus ductam agendæ cauſæ accommodaret, qualia multa machinamenta Oratorũ natio in captandis Iudicum animis comminiſci ſolet: illico prodiens Præco tacere eum iubebat, non vltra ſinens inaniter verba fundere, verborumq; inuolucris, qua de re ageretur, implicare, vt nuda, apertaq; ipſa facta cernere Areopagitæ poſſent. Cùm igitur lege veſtrą nobis non liceat affectus mouere, ſed aperto facto, & nuda veritatę res apud vos ſit agenda, Reſponſum pro Vxore noſtrum iam perlegite, quod ſi vobis probatiſſimis viris erit probatum, omnibus illud eſſe probatum ſperare potero. Quo ſummo beneficio apud me nunquàm intermorituro me ipſum vobis in perpetuum deuinxeritis, & memorũ, gratumq; re ipſa cognoſcetis. Valete. PARMAE. XVI. Kal. Decemb. M D LXIX.

# AMPLISSIMIS, ET RELIGIOSISSIMIS IVRISCONSVLTIS CELEBERRIMI REGIENSIS COLLEGII

## Ludouicus Zuntus, S. P. D.

CVM præteritis diebus, Patres Optimi, in veſtram Ciuitatem nobiliſſimam me contuliſſem, litis præparandæ, & inſtruendæ gratia, cuius ſemina ſeruit Ioannes Baptiſta Maro, qui minus piè cùm officio ſuo Tabellionatus ſungeretur, parum abſuit, quin Celſi Zoboli optimi Ciuis veſtri, & Soceri mei chariſſimi teſtamentum condentis ſanctiſsimam voluntatem oppreſſerit: & ad quam ſuſcipiendam, ac gerendam me reluctantem, & inuitum impulit, vel potius coëgit quorundam praua, & obſtinata voluntas, qui ſummo (quod aiunt) iure, atq; per ignem, & aquam rem diffiniri maluerunt, quàm ex bono, & æquo abſq; turbulento illo iudiciorum ſtrepitu, prout natura cauſæ expoſtulabat, controuerſiam terminari: Aliquorum voces impias audiui, quæ mentem, & animum meum non mediocriter afflixerunt. Dicebant enim aliqui eorum, qui totos dies integros oſcitantes ad Eurotam (vt eſt in prouerbio) ſedent, à diuino Platone peſtis Reipub. iure meritò appellari, atq; ignauis Fucis Apum examinis pulchrè comparati: En Peregrinus Parmenſis, qui obtinere ſe putat in patria noſtra contra Ciuem Regienſem, immemor nobiliſſimos, ferociſſimoſq́; canes perſæpè à Meliteis catulis domi ſuæ fugari. Alij verò iuris omnino expertes, & Iuriſconſulti, ſed inconſultiſſimi, perſonam aſſumentes, ad pauca dum reſpicerent, iuxta Philoſophi ſententiam, de facili enunciantes, Paradoxa nos attentare, & cœlum pugno petere iactabant. Magnam etenim, & inauditam rem eſſe inniti teſtamento, quod omnibus iuris ciuilis ſolennitatibus ſit deſtitutum contra teſtatoris alteram diſpoſitionem omnibus numeris perfectam, & abſolutam. Ignobilis autem, & impudentis vulgi in nos ſeuientis ineptiſſimas voces, quàmuis ægrè ferre non debuiſſem, ad quas nec Prudentiſſimum cauſæ noſtræ Iudicem, nec aliquem rectè ſentientem reſpecturum credimus: quandoquidem Vanas [a] voces populi non eſſe à Iudice audiendas, aut admittendas lege cautum fuerit ab Impp. Diocletiano, & Maximiniano. Conſue-

A. l. Decurionũ. C. de pœnis.

tudinemq́,

tudinemq; [B] vt in cauſis decidendis dictum populi pro ſententia teneatur, tanquàm irrationabilẽ non valere, cenſuerit Innocentius. III. Pont. Max. Adeò vt libertatem [C] etiam rem inæſtimabilem, piam, & fauorabilem ex acclamatione populi Diuus Marcus Imp. concedi prohibuerit. Nec iniuria quidem, cùm plebs [D] (vt inquit Diuus Hieronymus) ſæpè clamoribus, aut gratia, aut pretio fortaſſe excitata moueri ſoleat. Hinc Populum [E] docendum eſſe non ſequendum Celeſtinus Papa admonuerit. Proptereaq; Ioannes Pontifex XXII. aliquando interrogatus (vt memoriæ [F] proditũ eſt) qui foret à veritate remotus? Reſpondit, Vulgi ſententia. Nam quicquid laudat, vituperio dignum eſt: quicquid cogitat, vanum: quicquid loquitur, falſum: quod improbat, bonum eſt; & quod approbat, malum: ac quicquid extollit, infame. Quibus, & alijs propè infinitis rationibus minimè credendum ſit iniquum illud, & ſtolidum non minus impudentis, quàm imprudentis vulgi in nos, cauſamq; noſtram præcipitatum iudicium pro aliquo præiudicio valere oportere: Non potui tamen non grauiter in eos indignari, qui rectum, & honeſtum propulſantes: ſanctiſſimas Leges reſcindentes: Magiſtratus veſtros iniuria afficientes: Integritatem Iudicis cauſæ ipſius proſternentes: Veſtram, Patres Optimi, religionem maculantes: Peruetuſtum fœdus ictum inter veſtram, ac noſtram Ciuitatem violantes: Arctiſſimam Principum noſtrorum neceſſitudinem offendẽtes: Pietatem, fidem, iuſtitiam tollentes: omnem deniq; rationem, & humanitatem exuentes, inter Ciuem Regienſem, & Parmenſem (quod ad iuſtitiam pertinet vnicuiq; ſinè delectu impertiendam) turpiſſimè auſi ſunt diſtinguere, atq; diuerſum ius conſtituere. Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, rectum eſt quidem non licere: quam Legem antiquitus Romæ latam, obſeruatamq; fuiſſe comperimus. Vſu verò Ciuitatis prohibere Peregrinos, illiſq; ius ſuum non reddere, inhumanum ſanè cenſetur. Qui enim Ciuium rationem dicunt habendam, externorũ negant (vt M. Tullij verbis hac in re vtamur) hi dirimunt communem humani generis ſocietatem: qua ſublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iuſtitia funditus tollitur: quæ qui tollunt, etiam aduerſus Devm immortalem impij iudicandi ſunt: ab ipſo enim conſtitutam inter homines ſocietatem euertunt. Veruntamen iſtorum audatiam, ac temeritatem ſeuerioribus verbis, grauiq; ſupercilio caſtigandam, & veſtra auctoritate vlciſcendam vobis, Patres Ampliſſimi, relinquimus, quorum Principem iuſtiſſimum, & omnibus etiam externis eundem Nobiliſſimam, religioſiſſimamq; Patriam: Magiſtratus integerrimos, & ſanctiſſimos: Ordinem ampliſſimum, atq; ornatiſſimum, in quo

B. C. ad audientiã de cõſuetud.
C. l. ſi priuatus. ff. qui, & à quib. manu. libe. nõ fiãt.
D. C. ſi ergo viij. q. j.
E. C. docendus. Di. lxij.
F. Guliel. Benedic. in .c. Raynutius. n verb. Mortuo itaq; teſtatore I. poſt num. 193. de teſta. & in Quęſt. An occidere peccatores liceat. nn. 56.

ſumma cum dignitate ſedetis: quorum deniq; iuſtitiam, fidem, pietatem, virtutem impuriſſimorum hæc hominum inſolentia, & temeritas inceſſere, aggredi, petere, offendere, ferire non erubuit, aut pertimuit. Sed ô Populi mens vana in modum ſubitæ tempeſtatis concitata: ô Plebis iudicium inſanum cæcitatis atra caligine linteatum: ô vulgi ſententia ſtolida veritati rerum ſimpliciſſime contraria ſemper, & inimica. Inter Peregrinum Parmenſem ergo, & Regienſem Ciuẽ res agitur? An verius inter Filiam, & Neptem ambas Regienſes, & quidem eiuſdem Familiæ Zobolæ, ex primarijs Ciuitatis controuertitur? Vera loqueris, inquiunt iſti ſomno excitati: at filia eſt nupta Ciui Parmenſi, ſubiungunt adhuc oſcitantes, ac ſe diſtorquentes. Torpedinem etiam illis excutiamus. Cuius [G] ideò minus Regienſis cenſetur? Originem igitur ſuam propriam, & naturalem mutauit? Iura ergo, priuilegiaq; ſuæ Patriæ amiſit? Reſpondeant tandem & ſi quod aliud virulentius habent in pectore, illud effutiant, vel potius euomant. Sed iſtos nauſeantes iam miſſos faciamus, & ad eos accedamus, qui montes nos velle transferre dicunt, cùm teſtamentum omnibus iuris ciuilis ſolennitatibus vacuum ſuſtinere cõfidimus aduerſus alteram teſtatoris perfectiſſimam diſpoſitionem. Fateor, Patres Optimi, me nunquàm vehementius, quàm contra etiam Graculos iſtos eſſe ſtomacatum. Quis enim eorum ſuſtineret arrogantiam, qui nec ſacratiſſimis legibus initiati, nec iuris ciuilis ſcientia leuiter tincti, abſtruſos tamen, abditos, & in intimis penetralibus iuris prudentiæ reconditos legum ſenſus, quos ad capeſcendos viris tantùm præclari, & acuti ingenij, poſt longa, & uehemẽtia ſtudia accedere datum eſt, ipſi obtuſo, rudiq; ingenio ſuo abſquè vllo prorſus ſtudio aſſequi poſſe præſumunt? Difficillimas iuris queſtiones ſubtiliſſima Iuriſconſultorum ingenia ſummoperè fatigantia quatuor ineptiſſimis verbis diſcutere, explicare, enodareq; profitentur? Maximis, & arduis in cauſis, quæ prudentiſſimorum, circunſpectiſſimorumq; Iudicum expectant maturas, deliberatas, & ſanctas ſententias; ipſi corrupto, inſano, præcipitiq; ſuo iudicio præueniunt, & res ipſas in plateis, tabernis, triclinijs craſſa Minerua diffiniunt? Omnes Iudicum, Aduocatorum, Iuriſconſultorum actiones naſo adunco ſuſpendunt, carpunt, corrigunt, damnant? Iuſtiſſimorum, & optimorum virorum deniq; ſeueriſſimos Criticos, ac cenſores ſe gerunt? Horum autem glorioſulorum, & ſciolorum temeritas nulli magis opportunè, quàm nobis aliquo tempore ſe ſe præbuit refrenandam, quibus cauſa talis oblata eſt, vt nec iuſtior ad ſuſcipiendum, nec ſubtilior ad diſſerendum, nec clarior ad demonſtrandum, nec ſanctior

G. Bar. in .l. fin §. item reſcripſerũt. nu. 5. ff. ad municip. qui crebriore calculo a Doct. approbatur: teſtẽ Alba conſ. 23. nu. 10. 11. & Cepha. cõſ. 3. nu. 45. & ſeq.

ad de-

ad defendendum, nec gratior ad intelligendum, nec vtilior ad peragẽdum eſſe poſſit: Nulla etiam magis apta, & accommodata, Gigantum iſtorum, qua imbecilitas detegatur, ignorantia propalletur, inſania cohibeatur, opinio confutetur, iudicium elludatur, lingua refrenetur, audacia reſtinguatur à quouis Iuriſconſulto præ manibus habita, & pertractata fuerit. Agitur enim de poſtrema, ac pia Parentis voluntate in filiam dilectiſſimam, impietate Tabellionis in maximum diſcrimen deducta, ac penè oppreſſa, omni officio, ac potius pietate iuuanda, ſubleuanda, & vindicanda. Tractatur etiam de Teſtamento nuncupatiuo nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos, quod imperfectum vocant, Ad derogationem quoq; Teſtamenti nuncupatiui nuncupatione explicita de iure communi omnibus numeris abſolutiſſimi, Non ſolùm inter extraneos, ſed etiam inter ipſos liberos à parente conditi. Qua in re peragenda ſperamus maledicorum, & inſolentium rabidas, venenataſq; linguas nullo rationis fræno compreſſas, non ſolùm blæſas, ſed mutas etiam nos reddituros: Qui ab edendis alioqui in publicum his rebus, quas maiori ſtudio, & otio confecimus, ac luce digniores apud nos retinemus, ſemper abhorruimus, Reſponſum pro Vxore hoc noſtrum tumultuario ſtudio multas inter occupationes breui temporis ſpatio confectum ſtatim in lucem emittendum eſſe cenſuimus, ne latius iſtorũ temeritas, & inſolentia peruagetur, ſed exurgens adhuc comprimatur, qui aliter quàm rectum, æquumúe patiatur, Vxoris aduocationẽ à nobis ſuſceptam vociferantes, ac nos ipſos Cynicis latratibus impetentes, Aduerſarios eo perpulerint, vt his commoti falſis rumoribus certiſſimam victoriã aucupari iam videantur: quibus tamẽ (ſi in iuſtiſſima cauſa, & in diligentia fidendum eſt) nullum prouocationis locũ nos relicturos eſſe profitemur. Quod ſi Herculea audacia prouinciã hanc aggreſſi videbimur, & maiori quidem animi fiducia, quàm & natura cauſæ, quæ ſanè perardua eſt, & litis, [H] ſicuti & belli dubius euentus permittat: Temeritati tamen minimè nobis aſcribendum eſſe putamus, quippequi victoriam, quam animo iam concipimus, non ex ſomniorum interpretatione, auium volatu, volucrum garritu, pullorum paſtu, extarum inſpectione, non deniq; ex huiuſmodi falſis, vanis, ac damnatis [I] ſuperſtitionibus, quibus Aruſpices, Ariolos, Pullarios, Augures, & Vates illos cæcæ Gentilitatis quandoquè vſos fuiſſe accepimus: ſed pulcherrimo, atq; ſanctiſſimo Iuſtiniani Imp. exemplo [K] Magnum DEVM, & Seruatorem noſtrum IESVM CHRISTVM, & eius auxilium ſemper inuocantes, Tum ex iuſtitia cauſæ, quam optimo iure defendendam ſuſcepimus: Tum ex Bartolis, Baldis,

H. l. qd' debetur. ff. de pecul.

I. l. nemo Aruſpicem. C. de Maleſ. & Mathem.

K. Authen, de Armis. in princ.

Baldis, Angelis, Paulis, Alexandris, Corneis, Iaſonibus, Decijs, Socinis, Ruinis, & alijs innumerabilibus propè Illuſtriſſimis Iuriſconſultis, qui Macedonicæ Phalangis inſtar compoſiti, & inſtructi partes noſtras fortiſſimè tuentur, feliciter auſpicamur. Et quàmuis iuſtitiam cauſæ, Iuriſconſultorumq; auctoritatẽ victoria neceſſariò non ſequatur: ſed plures ſub iuſto clypeo [L] perire iamdiu compertum vſu fuerit: ipſa tamen cauſæ iuſtitia, & Iuriſconſultorum auctoritas ad euitandam temeritatis notam, & ad Vitilitigatores euadendos potens eſſe cenſetur. Sed quia difficillimum eſt illorum morſus euitare, qui (iuxta Diui Hieronymi in Eſaiam preludentis verba) quod capere nõ poſſunt, facilè deſpiciunt: ſubdolarum more Vulpium, [M] quæ ceraſa damnant, cùm illa attingere, & comedere non poſſint: Ad vos, Patres Ampliſs. tanquàm ad Patronos præſtantiſſimos nobis confugiendum eſſe putauimus, qui Iuriſconſulti verè conſultiſſimi eminentiſſima, & perfectiſſima præditi ſcientia, quiq; recta, ſancta, & irreprehenſibilia cunctis in rebus proferentes iudicia, ex Reſponſo pro Vxore, quod reddidimus, & in puriſſimas manus veſtras mittimus, luce clarius perſpicere, & perſpiciendo iudicare, atq; iudicando ceteris perſuadere poſſint Paradoxa nos minimè attentare, ſed receptiſſimis Doctorum ſententijs decertare; nec cœlum pugno petere, ſed veritatem à cœlo demiſſam manibus attrectare, & illam manibus attrectandam omnibus exhibere, atq; etiam montes non transferre, ſed probatiſſimas Iuris Pontificij, Cæſareiq; opiniones conſarcinare; quibus teſtamentum, quàmuis omnibus iuris ciuilis ſolennitatibus exutum, ſuſtineri, vigere, & obtinere contra teſtatoris alteram quibuſuis ſolennitatibus confectam diſpoſitionem, optimo iure defendimus. Quare Clementiſs. Patres, vos vehementer etiam, atq; etiam rogo, vt pro veſtra ſingulari humanitate à Cynicis latratibus, rabidiſq; morſibus, quibus in Ciuitate veſtra impetimur, nos defendere velitis; ſi nihil temerè, nihil arroganter feci; ſed coactus, & inuitus litem ſuſcepi: ſi Teſtatoris ſanctiſſimam voluntatem oppreſſam ſubleuaui, & ab impietate vindicaui: ſi audaciſſimorum temeritati non pro mea ſolùm, ſed pro veſtra etiam dignitate conſeruanda me oppoſui: ſi non inanis gloriolæ ſpe allectus, ſed pro Veritate, ac Iuſtitia defendenda ad ſcribendum me contuli. Ea eſt autem nominis veſtri amplitudo, Eximiæ virtutis veſtræ auctoritas, Prudentiæ, ac ſapientiæ, qua polletis præſtantia, vt defenſores acerrimos, & propugnatores optimos aduerſus imperitæ multitudinis inſanas de me cõceptas opiniones, & rabidas voces in me ipſum emiſſas vos prębere valeatis. Vſu nanq; compertum eſt, quid valeat ad refrænandam ſtolidæ multitudini

L. Gnliel. Benedic. in .c. Raynutius. in ver. Mortuo itaque teſtatore. I. poſt nu. 28. de teſtamen.

M. Abb. in .c. fin. ad fin. Ne cleri. vel mona. &c.

tudinis inſaniam Virorum dignitate, virtute, & meritis antecedentiũ auctoritas, & caſtigatio. Quod non minus ſcitè, quàm eleganter expreſſit Poëtarum facilè Princeps Virgilius, cùm dixit,

Ac veluti magno in populo cùm ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitq́; animis ignobile vulgus,
Iamq́; faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem, ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſq́; auribus aſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Vos ergo Patres Ciuitatis veſtræ clariſſima lumina, decus, & ornamentum, inſignem hanc operam facilè admodum nauare, & ſingulare hoc beneficium in me conferre poteſtis. Quod ſi (vt ſpero) feceritis, me ipſum ſimilitudine ſtudiorum vobis coniunctum, Confederatæ Ciuitates, & Principis amiciſſimi Ciuem vobis ipſis coniunctiſſimum iuuabitis, ſubleuabitis, recreabitis: quem ſicuti hucuſq; Virtutis, & Sapientiæ veſtræ diligentem, attentumq́; ſpectatorem habuiſtis: ita in poſterum humanitatis, ac pietatis veſtræ fidelem, & indefeſſum prædicatorem habebitis: & omnia ſumma ab eodem in vos ſtudia, officiaq́; expectabitis. Veſtro etenim maximo beneficio prouocatus, agros fertiles, qui multò plus afferunt, quàm acceperunt, diligenter imitabitur. Valete.

PARMAE. XV. Kal. Decemb. M D LXIX.

## TYPOGRAPHVS LECRORI.

HABES, Studioſe Lector, hoc vno in Reſponſo, præter Illuſtrem Materiam Teſtamenti Nuncupatiui nuncupatione Implicita de iure ſpeciali inter Liberos, quod Imperfectum vocāt, Ad derogationem quoquè Teſtamenti Nuncupatiui nuncupatione Explicita de iure communi omnibus numeris abſolutiſſimi, Non ſolùm inter Extraneos, ſed etiam inter ipſos liberos à Parente conditi, diligenter pertractatam: Diuerſas alias circiter. XL. Nobiliſſimas Materias, Totidemq; Iuris Præclariſſimas Quæſtiones ſuppeditatas ab ea, quæ præ manibus habetur, Specie Facti pulcherrima, enucleatè diſputatas, & iucundiſſima Variarum Concluſionum vbertate contextas. Quas omnes, Vel in perluſtrandis Summis Reſponſi concinnè diſpoſitis, Vel in perſpiciendo Indice magis Memorabilium locupletiſſimo, agmine inſtructo obuias habebis; ſi modicus labor delectatione, atq; vtilitate haud parua compenſandus te non retraxerit. Quòd ſi in tanta rerum varietate, articulorumq; difficultate aliquid fortè tibi occurrat, quod animum tuum diſtorqueat (agitur enim de ſubtiliſſimis, reconditis, & abſtruſis legum ſenſibus) æquis oculis illud diſpice, & Niſi tota, vt aiunt, lege perſpecta, iudicium non facias. Nam quæ tibi per tranſennam proſpicienti Paradoxa videbuntur, ſi diligentius intuearis, Receptiſſimæ Doctorum Sententiæ teſtimonio Clariſſimorum Virorum comprobatæ ante oculos tuos tanquàm radiantia Sydera emicabunt: Quas propterea Aſterico hoc ſigno * paſſim per Reſponſum, & Summas, ac Indicem congruis locis notatas comperies.

## AD LVDOVICVM ZVNTVM PARMEN. IVRISCONS. DISERTISS.

### HIERONYMVS ALEXANDRINVS PARMEN.

Et tandem quis non plebi indignabitur, vſum
Arbitrio inuertit quæ malè docta ſuo?
Sanguinis exiſtit veteris qui inſigne tuorum
Ivncvs, corrupto nomine iam cecidit.
Pro Ivnco Zvntvm poſuit nam vulgus inepte;
Hoc eſt Virtutem proijcere in vitium.
Tu tamẽ antiquum ad robur Lvdovice reducis
Clara Domus quicquid ſic tua perdiderat.
Mæandros facili ambiguos dum iure reuoluis,
Inuidia iniecit quos modò ſollicitè;
Aſtrææ hæc animos ſumens munimine diuæ
Fit tanquàm Iuncus rectior, & melior.

## AD EVNDEM.

Qvi generi tribuit Ivncos inſignia veſtro,
Is miro certè vir fuit ingenio.
Quis te non ſimilem Iunco Lvdovice putarit,
Inſanis cùm nunc litibus obijceris?
Frãgitur haud vnquàm, ſed tãtùm flectitur vnda,
Qui vim perſtandi Iuncus habet facilem.
Nec tu, liuoris ſi te ſic impetat ira;
Cedis; declinas ſortis ab arbitrio.

†††

## AD EVNDEM ACCITVM AD ROTAM REIPVB. IANVENSIVM.

Est caput hoc, ingens ſignum virtutis auitæ,
Tam doctè Libros quòd LVDOVICE facis.
Sed caput eſt maius Ligurûm quòd maxima ſic te
Vrbs vocet ad ſanctæ munera Iuſtitiæ.
Munera, quæ Legum doctos non ſcribere ſolùm;
Sed facere, & pariter ſcribere facta monent.
I felix: Inſcende Rotam, Fortuna receptat
Te nunc extenſa ſpontè benigna manu.
Vt ſibi te ſocium adiungat; virtutibus vndè
Oſtendare nitens flexilis arte Rotæ.
Siſte Rotam ſtabili in centro ſed ſæpius, orbi
Vno eodem vt pateas tempore quantus ades.

## ALEXANDER MAMIANVS FERRARIVS IN VVLGVM.

VVLGE quid inuertis veterum cognomina Patrũ,
Pro IVNCIS ZVNTOS quos vocitare ſoles?
Non pudet hoc variare genus, prolemq; vetuſtã
Vrbis, quam decorant tot monimenta virûm?
Et licet ante alios LVDOVICI ſcripta diſerti
Demonſtrent IVNCAE nomnina vera Domus;
Cogitur ille tamen fungi cognomine verſo,
Spernere præclarum ne videatur Auum.

## IDEM AD LECTOREM.

Ivrisconsvlto docet hunc Liber eſſe Nepotem
Illi, qui à ſacro nomine nomen habet.
Clara Illuſtris Auus cunctis reſponſa ferebat;
Non reſponſa minus fert ſua clara Nepos.
Mercis vt exiguæ Mercator pondera profert,
Emptor vt ex illa cetera noſce queat;
Sic poterit quiuis, ſic hæc paucula mēte reuoluet,
Scire, quid hic præſtet candida Iura docens.

## IDEM IN MALEDICVM.

Zoile quid nodos in Scirpo quærere tentas?
Sole quid in medio lumina clara petis?
Hæc Lvdovici ſic eſt ſententia recta,
Rectus, & enodis Iuncus vt ipſe manet.
Flectuntur Iunci, ſed non franguntur ab vndis;
Sic noſtrum Auctorem iurgia nulla premunt

 

MAGNIFICVS D. Celſus ex nobili Zobolorum Familia nuncupatiuum condidit teſtamentum ſolenne, & perfectum Die xxiij. Decemb. M D LIX. In quo (vt ad rem pertinentia tantùm paucis explicentur) D. Martham eius vnicam filiam nuptā inſtituit in dote ſua Aureorum. 1200. iam illi perſoluta, & ipſam tacitam eſſe iuſſit.

Legauit autem Reueren. D. Liuiæ eiuſdem filiæ profeſſæ in Monaſterio Corporis CHRISTI Aureos Sex annuos, quam pariter tacitam eſſe voluit.

At D. Deodatæ népti innuptæ ex cōd. D. Titio filio iure inſtitutionis, & pro dote ſua reliquit Aureos. 1000.

Suos tandem hæredes vniuerſales fecit Magg. DD. Hieronymum, & Proſperum fratres ipſius teſtatoris. Quorū altero prædecedente, alterum ex eis ſuperſtitem inſtituit hæredem.

Atquè poſtremum ex ipſis decedentem ſinè filijs maſculis legitimis, & naturalibus per fideicommiſſum grauauit ad reſtituendam hæreditatem dictæ D. Deodatæ. Addiecta conditione, quòd illa teneatur nubere in Familia Zobolorum.

Quam pariter morientem ſinè filijs maſculis, &c. onere fideicommiſſi grauauit ad reſtituendam hæreditatem Equiti Carolo Zobolo: Vel ipſo vita functo, eius filijs maſculis.

Ipſe autē D. Celſus Die xxj. Iulij M D LXVIII. cùm aduerſa valetudinè correptus, & in vitæ diſcrimine conſtitutus eſſet, ita vt propè horam ſe moriturum pro certo teneret (ingraueſcente enim infirmitate, confeſtim peccata ſua confeſſus erat Sacerdoti, Sanctiſſimam ſumpſerat Euchariſtiam, & ſpiritum ſuum in manus D. N. IESV CHRISTI frequenter commendabat) accerſiri iuſſit D. Ioannem Baptiſtam de Maro Notarium publicum Regienſem, quo in negotijs ſuis expediendis vti conſueuerat, aſſeuerans ſe velle condere teſtamentum. Quo perducto, & interrogante, vt fit, teſtatorem ipſum quomodo ſe haberet: ſtatim ille paucis reſpondens, malè ſe habere: reſecato ſermone valetudinis ſuæ, cùm periculum in mora eſſe animaduerteret, ſubiunxit erga Notarium talia verba, vel in effectu ſimilia, videlicet.

Mandai già a M. Lodouico Giunti mio Genero vna ſcrittura del mio teſtamento ſcritta di mia mano. Io voglio, che quella ſcrittura ſia la mia vltima volontà, & il mio teſtamento. Perciò rogateui di queſta mia diſpoſitione.

Tunc

Tunc autem Notarius dicens non poſſe fieri teſtamentum eo modo, ſed opus eſſe, vel quòd ſcriptura illa, de qua teſtator loquebatur, exhiberetur, legeretur, ac publicaretur: vel contenta in illa ab ipſo teſtatore exprimerentur: poſt multa verba concludendo dixit ſe nolle de dicta D. Celſi vltima voluntate, ac diſpoſitione rogitum conficere: Atq; in ea perſiſtens opinione, nullum de memorata D. Celſi poſtrema voluntate, mentiſq; teſtatione confecit inſtrumentum.

Cùm verò Notarius paulò poſt ſuper hac ipſa re cum Mag. D. Hieronymo fratre teſtatoris ſermonem habuiſſet: nempè, teſtamentum non poſſe fieri eo modo, quo dixit, & voluit D. Celſus; Confeſtim deliberauit ipſe D. Hieronymus de mittendo Curſore Parmam ad ſignificandum Genero ſtatum, & voluntatem Soceri, vt ſic ille cum memorata teſtamenti ſcriptura conuolaret. Qui dum mittitur, ingraueſcente morbo, D. Celſus ſpatio trium horarum è vita deceſſit: adeò vt quo temporis momento Curſor domum Generi ingrederetur, ille animam DEO Opt. Max. reddiderit.

Verba autem, de quibus ſupra, vel in effectu ſimilia à D. Celſo prolata fuerunt coram dicto D. Ioanne Baptiſta, & D. Paulo de Robertis, ac D. Daria de Vitrianis circum lectum, in quo teſtator ipſe iacebat, ſtantibus, videntibus, audientibus, & ab eius ore pendentibus. Qui omnes ſolenniter examinati, quod ſupra dictum eſt vno ore deponentes, in eundem rei ſic geſtæ finem, & effectũ conueniunt, atq; concordant: præterquàm in eo, quòd dictum eſt teſtatorem rogaſſe Notarium, vt de dicta ſua poſtrema voluntate, ac teſtamento inſtrumentum conficeret: quod ipſum dictus Notarius non inficiatur quidem, ſed inquit ſe non audiuiſſe.

Scriptura verò teſtamenti D. Celſi manu eiuſdem ſcripta, vnà cum ipſius literis ab eodem conſcriptis, ac ſigillo illius conſueto munitis exhibita fuit à Genero aſſerente cum iuramento illam eſſe eandem teſtamenti ſcripturam propriam, ſpecificam, atq; in aliqua ſui parte non alteratam, vel diminutam: quam vnà cum ipſis literis ad eum tranſmiſit, & de qua locutus fuit ipſe D. Celſus.

In qua teſtator ipſe (vt & hoc loco ad rem ipſam pertinentia tantùm breuiter perſtringantur) electa ſibi ſepultura paterna, & ordinatione facta de celebrandis Diuinis Miſſis S. Gregorij per decenniũ pro ſalute animæ ſuæ.

Reueren. D. Liuiæ eiuſdem filiæ profeſſæ, &c. reliquit Aureos Sex annuos, ſicuti & in priori teſtamento.

At D. Deodatæ nepti ex D. Titio filiò prædefuncto reliquit Aureos

1200

1200.in dotem,& dotis nomine (ſi tamen ſe nuptui tradiderit) vltra Matris ſuæ medietatem dotis : Sin autem ingredi voluerit aliquod Monaſterium ad vitam religioſam agendam, tunc ei reliquit Aureos.200.tantùm pro eius dote,& Aureos Sex annuos, necnō & aredamenta condecentia, pro quibus omnibus iuſſit illam eſſe tacitam, & contentam.

In omnibus autem bonis alijs mobilibus, & immobilibus, præſentibus, & futuris hæredem vniuerſalem reliquit D. Martham eius vnicam filiam nuptam.

In literis verò per Generum exhibitis, quibus cum dicta teſtamenti ſcriptura ad ipſum trāſmiſſa fuit à Socero ſub Die.2.Ianuarij.1567 inter cetera continetur hæc Clauſula, ſcilicet. Mando poi à V.S. vna copia dell'vltima volontà mia qui anneſſa, accioche veduta da lei, l'accommoda di tutti li punti, con quelle megliori parole, & chiare ſi poſſano; & poi me la rimanda fidelmente, ch'io ho in animo di farla poi ſigillarla, & farne di ciò rogare vn Notaio, con tutte le ſue ſolennità. Ma ella aduertiſca bene di conſiderare ogni coſa minutamente.

Exhibitæ etiam fuerunt ab ipſo Genero aliæ literæ ad eundem per ipſum Socerum conſcriptæ ſub Die.7.Ianuarij.1567.quibus voluntatem ſuam ſcriptam in ſchedula teſtamenti ad ipſum tranſmiſſa cū dictis prioribus literis ſcriptis ſub Die.2.eiuſdem menſis,& Anni, quæ Genero ſubobſcura videbatur,vt ipſe Gener dictis prioribus literis reſpondens ad Socerum ſcripſerat, magis,magiſq; declarat, & apertam reddit. Atq; in illis rurſus Gener ipſe rogatur à Socero vt illis clauſulis,& verbis clarioribus,ac melioribus ſchedulam ipſam ſui teſtamēti roboret,ac muniat quibus expedire ſibi videatur.

Et tam memoratam teſtamenti ſcripturam,quàm literas prędictas eſſe ſcriptas manu D. Celſi probatur per legitimam literarum comparationem, & alijs etiam demonſtrationibus, quæ in Reſponſo deducūtur. Ex quo pariter eliciuntur alia ad ipſam facti ſpeciē pertinētia,quæ congruis locis,prout ſe ſe obtulit occaſio,collocata fuerūt,

Quæritur ergo, An ex depoſitione teſtium examinatorum,iuncta teſtamenti ſchedula, & accedentibus literis prædictis, alijſq; cōcurrentibus, de quibus in ipſo Reſponſo fit mentio, D.Celſus cenſeatur de bonis ſuis validè diſpoſuiſſe modo, quo in ipſa teſtamenti ſchedula, Adeò vt hæc poſtrema diſpoſitio, licet minus ſolennis, tanquàm teſtamentum inter liberos aliqua ratione ſuſtineri poſſit & non obſtante primo teſtamento omnibus numeris perfecto,effectum ſortiri debeat.

# INDEX IN RESPONSVM.

A

ABBAS conſ. 98. lib. 2. declaratur nu. 199.
Addere ſe uelle teſtamento licet teſtator dixerit poſt ſcriptum teſtamentum à Rectore parochialis Eccleſiæ, proptereaq́; dixerit ipſi Rectori quòd cras redeat, teſtamentum tamen cenſetur perfectum nu. 282.
Aditio hæreditatis inducitur ex verbis enunciatiuis in inſtrumento incidenter prolatis: puta ſi quis dixerit: Ego hęres Sempronij Promitto &c. nu. 383. & num. ſeq.
Cauſatur à nuda, & mera voluntate. nu. 384.
Aduocati boni eſt officium prius confirmare ius ſuum; ſecundò impugnare ius aduerſariorum. nu. 189.
Aequalitas inter filios eſt ſeruanda. nu. 752. & num. ſeq.
¶ Eam ad inducendam inter liberos poteſt pater vnum ex ipſis liberis in dote materna inſtituere. nu. 840. cum quinq; num. ſeq.
Aequo æquius, & equiori æquiſſimum eſt præferendum. nu. 771. 772.
Agnationis, & familiæ ratio habita cenſetur ob maſculos fœminis prælatos nu. 890. & nu. 896.
Alexander Imol, conſ. 123. num. 4. lib. 1. & conſ. 76. nu. 11. lib. 3. declaratur nu. 193. vſq; ad nu. 199.
Alexandri de Neuo pulcherrima diſtinctio, An, & quando teſtes debeant in formalitate verborum concordare. nu. 1038. vſq; ad nu. 1052.
Amor nullus eſt, qui vincat Paternum. nu. 439. & nu. ſeq.
Cuius ardor inducit Clauſulam Codicillarem, et Clauſulam Si nõ valet quod ago, vt ago, valeat, &c. * nu. 440.
Item clauſulam Derogatoriam: etiam ad tollendum primum teſtamen-

tum, in quo ipſa Clauſula Derogatoria fuerit expreſſa * num. 441. & nu. 919.920.921.922.

Annorum Domini, menſis, & Diei mentio cur fieri debeat in quolibet inſtrumento. nu. 207.

Antonius de Butrio in .t. nihil obſtat. de verb. ſigni. exiſtimans teſtes in probatione teſtamenti ita debere in forma, & cortice verborum concordare, vt ſi vnus deponat teſtatorẽ dixiſſe, Seium hęredem facio. Alter verò dicat teſtatorem dixiſſe. Seius hęres ſit. non probent: declaratur, expenditur, diſcutitur. nu. 958. cumſeq. & nu. 966. vſq; ad nu. 1052.

Illam autem ſententiã Antonius ipſe in.c.cũ eccleſia ſutrina. de Cauſa poſſ. & propr. retractat. nu. 1006. 1007. 1008. 1009. 1010. 1011. 1012.

Eandem etiam damnat Apoſtil. ad Alex. num, 1013.

Et illam ipſam indiſtinctè non eſſe veram: ac veluti nimis duram in practica Bononiæ non ſeruari poſt Mattheſ. teſtatur Grammaticus nu. 1014.

Qui cõtra eandẽ ſe obtinuiſſe in magna Curia Vicarię aſſeuerat. nu. 1015.

Quam tamen pro vera admittens (ſi quod falſum eſt pro vero admitti poteſt) rectè quidem declarat nu. 1016.

Sed ipſe poſtmodum incautè labitur, & ſuis proprijs telis conficitur nu. 1017. 1018. vſq; ad nu. 1024.

Argumentum à ſufficienti partium enumeratione valet. nu. 5.

Non procedit autem cùm partes omnes non fuerunt ſufficienter enumeratæ nu. 191.

¶ A multo magis. nu. 163. & nu. 718. & nu. 797.

¶ A ceſſante ratione. nu. 213.

¶ A ſimili concludit, ſi adſit ſimilitudo in eo, de quo agitur, licet in alijs diſſimilitudo deprehendatur. nu. 654.

¶ A conſequenti deſtructo. nu. 704.

Aſſertio teſtatoris dicentis ſchedulam penes aliquem dimiſſam eſſe manu ſua ſcriptam, ſufficienter probat abſq; literarum comparatione illam eſſe manu ipſius teſtatoris ſcriptam: ſecundum vnam Alexandri opinionẽ. nu. 88.

Quæ declaratur ſecundum Paulum Caſtren. & Nattam. nu. 89.

## B

BALAAM vocatus à Balac vt malediceret populo Iſrael, Deo Opt. Max. Prophetę linguam moderante, illi benedixit nu. 346.

Baldus in.l.cùm antiquitas. C. de teſtamen. declaratur nu. 953. 954. 955. 956. 957.

Bannitum alloqui dicitur, qui ad eum ſcribit literas, ita vt incidat in ſtatutum

puniens alloquentem bannitum.* nu. 881.
Bartolus Doctorum Vexillifer. nu. 74.
¶ In .l. fin. in fin. ff. de iure codicil. declaratur nu. 480.
¶ In .l. ex ea ſcriptura .ff. de teſtamen. declaratur nu. 504.
¶ In .l. ſi is qui. aliàs. ſi quis cùm. nu. 3. ff. eod. tit. declaratur num. 507. 508. 509. 510. 511.
Beneficium .l. fin. C. de edic. Diui Adria. tollen. locum ſibi vendicat etiam in teſtamento nuncupatiuo, quod minimè redactum ſit in ſcriptis per Notarium, ſi ad probandum teſtatoris nũcupatam voluntatem, ſolemnis teſtium numerus examinetur, ac publicetur.* nu. 225. 226. 227.
Quod obtinet non tantùm in teſtamento ſolenni, & perfecto, ideſt, coram ſeptem teſtibus facto: ſed etiam in minus ſolenni, & imperfecto, hoc eſt, coram duobus condito, in caſibus, in quibus valet, puta, inter liberos. num. 228.
Sed reſtringitur ad filios, & deſcendentes tantùm: non autem competit venientibus ab inteſtato, qui non ſint de liberis, ſecundum Zuchardum. num. 229.
Bona intelliguntur, deducto ære alieno num. 838.
Bonitatem alicuius ad defendendam quælibet in dubio ſemper eſt amplectenda præſumptio. num. 251. & nu. ſeq.

C

CACIALVPVS in .l. admonedi. poſt nu. 116. ff. de iureiur. declaratur. num. 996. 997.
Captatoria teſtatoris diſpoſitio non valet. nu. 10.
Quæ autem cenſeatur. num. 241. 242.
Cato Sac. in .l. admonendi. nu. 48. ff. de iureiur. declaratur nu. 199.
Cauſa noua accedente, diſpoſitio ceſſare debet. nu. 951.
Ceruotus Gloſſas legibus repugnantes faciebat. nu. 721.
Clara vbi res eſt, nimium velle ſubtilizare nihil aliud eſt, quam pernitioſè errare. num. 116.
Claris, & apertis in rebus argumentari tàm ſtultum eſt, quàm ſub clariſſimo ſole mortale lumen afferre. nu. 117.
Clauſula. Iure inſtitutionis, poterit, & debebit addi à Sapiente, qui videat teſtatorem alicui ex liberis ſimpliciter reliquiſſe, ſi teſtator ipſe voluit teſtamentũ extendi ad conſiliũ ſapiens.* nu. 548. 549. 550. et poſt nu. 731.
Sicuti & quælibet alia clauſula, quæ ad teſtamentum ſuſtinendum pertineat. num. 551



¶ Si

¶ Si non valet quod ago vt ago, valeat &c. *ex legis interpretatione ſemper appoſita cenſetur in teſtamento Patris inter liberos.* * nu. 440. & num. 488. 489. & nu. 567. 568. 569.

¶ *Codicillaris etiam.* * nu. 568.

¶ *Ob quas clauſulas teſtamentum ſuſtinetur, licet pater alicui ex liberis relinquens non dixerit, Iure inſtitutionis. nu. 569.*

¶ *Vel ſaltem Codicillaris operatur, vt quilibet hæres ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedens, per eam grauatus cenſeatur reſtituere hæreditatem ſcripto hæredi in teſtamento nullo ob alicuius ex liberis præteritionem.* * nu. 570. 571. 572.

¶ *Quos effectus an memoratæ clauſulæ ita operentur ſubauditæ, ſicuti expreſſæ, non ſolum quo ad legata, et fideicommiſſa: ſed etiam quo ad hæredis inſtitutionem: & tam in perſonis dilectis, quæ tamen non ſint de liberis, quàm in ipſis liberis dilectiſſimis. nu. 573. vſq; ad nu. 583.*

*Qua in re Natta in. §. ex imperfecto .l. hac conſultiſſima. C. de teſta. q: 23. ſub nu. 119. diſcutitur, ac declaratur. nu. 574. & nu: ſeq.*

¶ *Derogatoria quoq; non ſolùm ad ſequentia, ſed etiam ad præcedentia teſtamenta ſemper intelligitur in ipſo Patris inter liberos teſtamento. Cum multis Ampliationibus, ac Declarationibus.* * nu. 441. & nu. 848. vſq; ad nu. 868. ac rurſus nu. ſeq. vſq; ad nu. 888. & deinceps nu. 889. vſq; ad nu. 943.

¶ *Quæ tacitè producitur ex ſuperuenientibus inimicitijs inter teſtatorem, & ſcriptum hæredem, vel ſubſtitutum: ex quibus voluntas teſtatoris mutata cenſetur.* * nu. 854. & nu. 857. & nu. 865. 866. 867. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 889.

*Siuè culpa hæredis, vel ſubſtituti: ſiuè culpa teſtatoris inimicitiæ ſuperueniant.* * nu. 866. 867.

*Ipſa autem voluntatis mutatio probatur per Librum Rationum, & rerum memoralium teſtatoris. nu. 869. 870. 871. & nu. 886. 887.*

*Item per Epiſtolam ipſius teſtatoris. nu. 872. vſq; ad nu. 888.*

¶ *Dicta etiam Clauſ. Derog. ſuboritur ex morte alicuius ex ſcriptis hæredibus: ob quam voluntas teſtatoris mutata Præſumitur.* * & nu. 855. & nu. 857. & nu. 889. 890. 891. 892. 893. 894.

*Quod procedit etiam ſi mors ciuilis, vel quaſi alicuius ex hæredibus inſtitutis acceſſerit: ob quam ille, quo ad poſteritatis propagationem, & familiæ conſeruationem à teſtatore fuerit pro mortuo reputatus. nu. 895. vſq; ad num: 906.*

¶ *Veruntamẽ ex quibus cauſis, et rationibus ipſa Clauſ. Derog. ſubintelligatur, Prudẽtiſſimi Iudicis arbitrio relinquitur* * nu. 856. 857. et nu. 906.

*Quod*

*Quod declaratur, & ampliatur nu.* 907. 908. 909. 910. *& num. ſeq. vſq; ad num.* 919. 15

¶ *In dubio etiam reſpicit præterita, non ſequentia teſtamenta. nu.* 863.
*Maximè ſi aliquod teſtamentum præceſſerit. nu.* 864.

¶ *Atq; etiã inducitur ex inſtitutione perſonæ dilectiſſimæ, & chariſſimæ, quamuis primum teſtamẽtum Clauſ. ipſam habeat Derog. nu.* 919. 920. 921. 922. (1037.

¶ Non ſe aſtringens, &c. *maximæ eſt virtutis, & efficaciæ nu.*972. *& nu.*

*Comparatio literarum an, & quando ſufficiat ad ſchedulam teſtamenti iuſtificandam.* * *nu.* 83. *vſq; ad nu.* 95.

¶ *Qua in materia, illi cætera indicia æquipollent. nu.* 94. *& nu.* 186.

¶ *Ex quibus ſcripturis deducatur. nu.* 166. 167. 168. 169. 170.

¶ *In eadem quæ non proſunt ſingula, multa ſimul collecta iuuant. nu.* 171. *& nu.* 187.

¶ *Quæ cùm ſit, An, & quando ſcriptura ad quam, debeat habere teſtes ſubſcriptos, vel qui viderint ipſam ſcribi.* * *nu.* 172. *vſq; ad nu.* 179.

*Conditio non appoſita per teſtatorem in inſtitutione hæredis, quam tamen infra ſe appoſiturum dixerit, non vitiat teſtamentum, vel inſtitutionẽ ipſam. nu.* 269. *& nu.* 271. 272.

¶ *Nubendi reſtricta ad certã Familiã, &c. Vide in verb. Nubendi cõditio.*

*Confeſſio aduerſarij, nullo etiam teſte interueniente, perfectè probat teſtamentum Patris inter liberos. nu.* 68.

¶ *Teſtatoris, quòd ſchedula teſtamenti penes aliquem dimiſſa, ſit manu ſua ſcripta, plurimum operatur ad ipſius ſchedulæ iuſtificationem. nu.* 84. 85. 86. *& nu.* 88. *& nu.* 91.

*Cum declaratione, de qua. nu.* 89.

¶ *Partis ad poſitiones eſt pleniſſima probatio nu.* 147.

*Etiam per verb. videtur, facta. nu.* 148. *vſq; ad nu.* 166.

¶ *Vel per verb. Credit.* * *nu.* 152. 153. 154. 155. 156.

386 *Quod ſola voluntate defuncti inducitur, ſi quoquomodo de illa conſtiterit.* *

389 *Teſtamentum patris inter liberos rectè conditur per verba enunciatiua incidenter prolata. & nu.390.*

391 *Maximè cùm verba enunciatiua principaliter per ſe fuerunt à patre prolata. & nu.392.*

393 *Verba enunciatiua quando cenſeantur, vel diſpoſitiua. & nu.ſeq.*

397 *Verb. Volo, an, & quando inducat diſpoſitionem: vel primum animi motum enunciet, variæ traduntur Theoricæ per Scribentes.*

398 *Quæ tamen vſq; quaq; tutæ, aut perfectæ non videntur.*

399 *Hinc certam hac in re tradi non poſſe Doctrinam, ſed totum Iudicis arbitrio relinquendum eſſe cenſuit Fulgoſius.*
*Et certè verius. nu.426.427. & nu.ſeq.*

400 *Res autem tota pendet, an conſtet ex aliquibus coniecturis, quòd verb. Volo, deliberata mente ad diſponendum fuerit prolatū. & nu.401.*

402 *Quod quomodo aſſequi poſſit, varij varia tradiderunt.*

403 *Circonferuntur enim coniecturæ, de quibus in.* §. *propoſitum.l. Pamphilo.de leg.3.*

404 *Quæ an omnes concurrere debeant, vel pro parte ſufficiant, ſummè controuertitur. & nu.405.406.407.408.490.410.411.& nu.ſeq. ac nu.431.432.433.*

412 *Intellectus Duo Alciati ad.* §. *propoſitū.l.Pāphilo de leg.3.& nu.ſeq. Qui confirmantur nu.418.vſq; ad nu.425.*

413 *Dictio* Μάλιστα, *Maximè ſignificans, omnino, & apertè non eſt affirmatiua. & nu.417.418.*

419 *Et multiplicem habet intellectum. & nu.420.*

421 *Obſcura Dictio cenſetur, quæ multipliciter intelligitur.*

422 *Quod multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur.*

423 *Cùm.I.C. format quæſtionem, & aliter non decidit, pro qua parte decidere cenſeatur. & nu.424.*

428 *Iterum*

452 *Vitæ in diſcrimine conſtitutus cenſetur verba deliberatè proferre ad diſponendum per vltimam voluntatem, etiam quod vtatur verb. Volo cum infinitiuo. & nu. 453. 454. 455. 456. 457.*

458 *Conuocatio amicorum ſummè pertinet ad mentis deliberationem probandam, etiam vbi aliàs rogitus teſtium non ſit neceſſarius.*

459 *Quod declaratur. & nu. 460. 461.*

462 *Atq; ampliatur. & nu. 463.*

464 *Geminatio verborum multum operatur ad ſignificandam mentis deliberationem, & enixam diſponendi voluntatem.*

465 *Et inter alia, quòd verba enunciatiua propter aliud principaliter emiſſa, quæ regulariter non operantur, ſi fuerint geminata, diſpoſitionẽ inducant.*

466 *Quod autem operatur geminatio verborum, idem operatur geminatio Epiſtolarum.*

467 *Quæ aut verborum, aut epiſtolarum facta interuallo temporis, plus operatur ad maiorem, & maturiorem deliberationem ſignificandã, quàm geminatio verborum facta incontinenti.*
*Maximè quando verba non ſunt in ſcriptis redacta.*

469 *Currenti equo calcaria addere.*

470 *Solem certare facibus adiuuare.*

471 *Præparatio ad teſtandum iam facta, etiam, atq; etiam operatur ad deliberationem mentis coniecturandam. Quòd, ſcilicet, teſtamentum etiam per verb. Volo quis perficere voluerit. & nu. 472. 473. cum trib. nu. ſeq.*

474 *Operatur item ſuppletionem verborum, vt ex eis inducatur diſpoſitio. Puta ſi quis dixerit,* Lucius hæres. *ſuppletur,* Eſto. *ſi proferens illa verba iam ſe præparaſſet ad teſtandum.* *

476 *Deliberata voluntas ad teſtandum per æquipollentes coniecturas declarari poteſt. & nu. 477. 478.*

479 *Et in ea coniecturanda, quæ non proſunt ſingula, multa ſimul collecta (iuuant. Quod Iudicis arbitrio relinquitur.*

480 *An, & quando teſtamentum in ſcriptis ceptum ſuſtineatur in vim teſtamenti nuncupatiui, ſi ſolennia ad teſtamentum in ſcriptis deficiãt, Diſtinguitur, ac declaratur.* * *& nu. ſeq. vſq; ad nu. 488. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 495.*

483 *Credendum non eſt teſtatorem voluiſſe reſtringere ſe ad vnam teſtamenti ſpeciem, & eligere viam, per quam ſuum iudicium impugnetur.*

484 *Illa ſemper eſt amplectenda interpretatio, per quam actus ſuſtineatur, niſi voluntas teſtatoris expreſſè repugnet.*

488 *Clauſula,* Si non valet quod ago vt ago, valeat omni meliori modo, quo valere poteſt. *ſemper in teſtamento patris appoſita cenſetur.* * *& nu.489.& nu.567.568.569.*
495 *In quo duo teſtes ſufficiunt.* * *& nu.496.ac ſeq.*
597 *Etiam fœminæ.* * *& poſt nu. ſeq.*
498 *Quin & fortuiti, non rogati.* * *& nu. ſeq.*
500 *Publicatum cenſetur teſtamentum coram teſtibus per nuncupationem implicitam, cùm teſtator coram ipſis teſtibus ad ſcripturam aliquã teſtamenti ſe retulit, & prout in ea diſpoſuit.* * *& nu. ſeq.*
501 *Expreſſum dicitur, quod ad aliud quippiam aliàs expreſſum refertur.*
502 *Publicationis defectus non eſt voluntatis, ſed ſolennitatis defectus. Quæ ſolennitas in teſtamento patris inter liberos non attenditur.* * *& nu.503.& nu.669.*
504 *Publicatio ipſa tunc demum eſt neceſſaria ad perfectionem teſtamenti quando agitur de probando teſtamento per inſtrumentum. Secus autem ſi per teſtes probatio perficiatur.* *
505 *Nihil refert, quòd notarius non habeat teſtamentum pro perfecto, & abſoluto, ſi de diſpoſitione teſtatoris perfecta, & abſoluta per teſtes appareat. & nu. ſeq.* *& nu. ſeq.*
507 *Bartolus in.l. ſi is qui. aliàs. ſi quis cum. nu.3.ff. de teſtam. declaratur,*
508 *Inſtrumentum fit ad probationem, non ad ſubſtantiam contractus.*
509 *Item teſtamenti.* * *& nu.670.671.672.*
510 *Probatione inſtrumenti ob aliquam imperfectionem cadente, reiecta non cenſetur probatio teſtium. & nu. 511.*
513 *Duæ ſunt, inter alias, teſtamenti perfectiones. & nu. ſeq.*
515 *Prima, quæ pertinet ad teſtatorem. & nu. ſeq.*
519 *Altera, quæ pertinet ad notarium.*
520 *Cùm autem teſtator pro parte ſua perfecit teſtamentum, nihil refert, quòd notarius pro parte ſua illud non perfecerit, ſi de perfectione ipſius teſtatoris appareat.*
521 *Nec officit, quòd teſtator non habeat teſtamentum pro perfecto ea perfectione, quæ ad notarium pertinet, ſi illud habeat pro perfecto ea perfectione, quæ ad ſe ipſum ſpectat. & nu. ſeq. vſq. ad nu.526.*
522 *Ruini Reſponſum.I. lib.2. in facto ſimili emanatum, ad factum, ſuper quo Auctor de iure reſpondit, ſigillatim confertur, & applicatur.*
523 *Non magis Ouum ouo.* *(& nu. ſeq.*
526 *Reſeruatio teſtatoris vel ad perſuaſionem alterius, vel ſua ſponte facta de aliqua re, puta declarationis ſuæ voluntatis, vel publicationis teſtamenti, ſi poſt abſolutum teſtamentum contingat, non vitiat actum*

*actum ipſum teſtamenti, quod ſemel teſtator pro abſolutobabuerit. & nu. 527. 528. 529.*

530 *Voluntatis mutatio non præſumitur: ſed animus talis eſſe cenſetur in futurum, qualis fuit de præterito, vel de præſenti declaratus, etiam ex interuallo temporis. & nu. 556. & nu. 878.*

531 *Vox vnius vox nullius.*

532 *Deus Opt. Max. teſtatoris voluntatem non expreſſam ſolus aſſequitur & nu. 544.*

533 *Quam homines coniecturis aſſequi ſe poſſe cùm putant, ſæpè falluntur.*

534 *Nutus nihil operatur in valente loqui. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 544.*

535 *Teſtamentum Militis, vel Patris inter liberos nutu factum an valeat, Angelus, & Alexander deſtinguunt.*

536 *Quorum ſententia reprobatur * à Doctoribus volentibus indiſtinctè non valere teſtamentum Militis, vel Patris inter liberos nutu conditum. & nu. 537.*

541 *Teſtator quod non loquitur, velle non præſumitur.*

542 *Voces ſunt notæ earum, quæ in anima ſunt paſſionum.*

543 *Lingua eſt nuntius, & organum intellectus.*

545 *Teſtamẽtum etiam imperfectum inter liberos ratione ſolennitatis, non ſuſtinetur, ſi pater alio titulo, quàm inſtitutionis alicui ex liberis reliquerit. *.*

546 *Cuius contrariam opinionem (quod pertinet ad teſtamentum inter liberos) veriorem eſſe cenſuit Iaſon.*

547 *Sed alteram veluti crebriorem defendere conatur Natta.*

548 *Quæ tamen limitatur, vt non procedat cùm quis voluit teſtamentum ſuum extendi ad conſilium ſapientis. Nam tunc poterit, ac tenebitur ſapiens addere,* Iure Inſtitutionis. * *& nu. 549. 550. & poſt nu. 731.*

551 *Quemadmodum & omnem aliam clauſulam, quæ ad teſtamentum ſuſtinendum, & clarificandum pertineat. & nu. 584.*

552 *Epiſtola probat, & operatur, ſi peruenerit ad eum, cui mittebatur, viuo adhuc ſcribente. & nu. ſeq.*

554 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiam in his quæ requirunt ſpeciale mandatum.*

557 *Limitatur rurſus præcedens communis opinio, vel potius declaratur, vt diſpoſitio patris inter liberos, quorum alicui non fuerit relictum titulo inſtitutionis, ſi non valeat tanquàm teſtamentũ: attamen ſeruari debeat inter ſolos liberos, remotis extraneis, tanquàm voluntas inteſtati, compellente iudice liberos ad illam ſeruandam, qui aditus fuerit in iudicio familiæ hercîſcundæ.*

C 558 Maximè

558 *Maximè ſi legitima talis filij non fuerit diminuta.*
559 *Quamquàm idem ſit etiam, ſi diminuta fuerit, facta tamen legitima ſuppletione.*
560 *Item limitatur ipſa communis opinio, ſi titulo dotis relictum fuerit.*
561 *Cùm Verb.* Relinquo, *adiectum Doti, tanquàm titulo vniuerſali impor tet inſtitutionem.* * *& poſt nu.* 731.
562 *Præſertim ad hoc vt teſtamentum ſuſtineatur.* (ſtituendæ.
563 *Maximè etiam cùm verb.* Relinquo *adijcitur perſonæ ex neceſſitate in-*
564 *Adhuc limitatur antecedens Communis opinio, vt nõ procedat de æquitate canonica, qua teſtamentum ſuſtinetur, in quo non fuerit alicui ex liberis titulo inſtitutionis relictum.* *
565 *Concurrentibus tamen duobus: nempè, quòd perſonæ inſtituendæ relinquatur per verb.* Relinquo: *& quòd ipſum verb.* Relinquo *adijciatur vniuerſo, puta Doti.*
566 *Opinio æquior in iudicando eſt ſequenda, eſto quòd opinio contraria valde rigoroſa eſſet communis.*
567 *Teſtamentum patris inter liberos ſemper cenſetur habere clauſulam,* Si non valet quod ago vt ago, valeat omni meliori modo, &c. *
568 *Et clauſulam Codicillarem.**
569 *Ob quas clauſulas ſuſtinetur, licet pater alicui ex liberis relinquens non dixerit,* Iure inſtitutionis. *
570 *Vel ſaltem clauſula Codicillaris operatur, vt quilibet hæres ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedens, per eam grauatus cẽſeatur reſtituere hæreditatem ſcripto hæredi in teſtamento nullo ob alicuius ex liberis præteritionem.* * *& nu.* 571. 572.
573 *Quos effectus an memoratæ clauſulæ ita operẽtur ſubauditæ, quemadmodum expreſſæ, non ſolum quo ad legata, & fideicõmiſſa, ſed etiã quo ad inſtitutionem hæredis: & tam in perſonis dilectis, quæ tamen non ſint de liberis, quàm in ipſis liberis dilectiſſimis. & num. ſequen. vſq; ad num* 583.
574 *Qua in re Natta in .§. ex imperfecto. q.* 23. *poſt nu.* 119. *declaratur. & num. ſequen.*
580 *Opinio quæ ſit inter varias Doctorum ſententias eligenda. & nu.* 581. 582. 583. *&* 1052. 1053. *& nu.* 1065. 1066.
584 *Expreſſum cenſetur in teſtamento quicquid ſapiens addere poteſt, cùm teſtator voluit ipſum teſtamentum extendi ad conſilium ſapientis.*
585 *Singula quæ non proſunt, multa ſimul collecta iuuant. & nu.* 586.
589 *Teſtamentum initio ritè, ac rectè factum infirmatur per alterum teſtamentum poſteriore loco factum.*

590 *Si ta-*

590 *Si tamen illud de iure ſit firmum: quia ſcilicet, hæreditas ex eo adiri poſſit, licet poſtea quauis ratione adita non fuerit.**

591 *Quod ampliatur etiam ſi in primo teſtamento ſint. xx. teſtes: & in altero ſit ſolum numerus teſtium à iure requiſitus.**

592 *Item ampliatur etiam ſi ſecundum teſtamentum validum ſit tantummodo de iure ſpeciali, & primum de iure communi.*

593 *Nam teſtamentum primum ad Pias cauſas factum coram ſeptem teſtibus, tollitur per ſequẽs ad pias cauſas factum coram duobus. * & nu. 597. 598. 599. 600.*

594 *Multò magis autem primum teſtamẽtum inter liberos factum coram ſeptem teſtibus, abrogatur per ſequens inter ipſos liberos conditum coram duobus. * & nu. 596. 597. 598. 599. 600. & nu. ſequen. vſq; ad nu. 699.*

595 *Cùm fauorabilior ſit cauſa filiorum, quàm eccleſiarum. & nu. 633.*

601 *Hinc Iacobi Philip. Portij hac in re Cõcluſio octaua lib. 2. Concluſ. Reg. et Com. Opi. latè declaratur, ac diſcutitur. et nu. ſeq. vſq; ad nu. 694.*

605 *Opinio, quę ultimo loco refertur in dubio cẽſetur approbata.* et nu. 606.*

607 *Niſi prima ſapiat æquitatẽ, et vltima merũ iuris rigorẽ. et nu. 608. 609*

610 *Vel prima melioribus rationibꝰ, et auctoritatibus ſit ſuffulta. et nu. 611.*

612 *Omnes Deciſiones à Portio in. d. Concluſ. octaua deductæ pro ſecũda opinione: quòd ſcilicet, ſecundum Patris inter liberos coram duobus teſtibus conditum teſtamentum non tollat primum inter eoſdem coram ſeptem factum; ſigillatim confutantur, vel euitantur. Nempè.*

*Ioannis Andreę nu. 613. & nu. 616. vſq; ad nu. 627.*
*Oldradi nu. 614. 615. 616. vſq; ad nu. 627.*
*Cornei nu. 627. 628.*
*Fulgoſij nu. 629. 630.*
*Alberici, & Iaſonis nu. 631. 632. 633.*
*Cornei altera nu. 634 vſq; ad nu. 659.*
*Socini ſenioris nu. 659. vſq; ad nu. 664.*
*Ioannis de Anania nu. 664. vſq; ad nu. 674.*
*Iaſonis altera nu. 674. vſq; ad nu. 690.*
*Eiuſdem & alia nu. 690. 691.*

619 *Præcedens teſtamentum formale conditum inter venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, difficilius reuocatur per ſubſequens informe inter eoſdem factum, quàm primum ſolenne inter liberos conditum abrogetur per alterum minus ſolenne inter ipſos liberos confectum.*
*Et quænam ſit ratio. atq; nu. ſeq. vſq; ad nu. 625. (& nu. ſeq.*

622 *Semper reuerẽtia parentibus eſt exhibenda tàm viuis, quàm defunctis.*

634 *Secundum teſtamentum imperfectum à milite militia miſſo factum intra annum tunc demum ſoluit primum in militia conditum, quando illud primum iure militari fuit ſcriptum. Secus ſi illud ipſum iure communi validum extiterit. Et nu. 635.*
636 *Quæ diſtinctio in teſtamento inter liberos ſeruari non debet.*
637 *Ratio autem diuerſitatis affertur. & nu. ſeq. vſq; ad nũ. 648.*
*Hinc tex. in. § militia miſſus. l. eius militis. ff. de milit. teſta. diligenter expenditur, & contra Corneum aptiſſimè retorquetur.*
639 *Ceſſante cauſa priuilegij ceſſat ipſum priuilegium.*
640 *Priuilegia in teſtamento condendo militi conceſſa poſt ipſius miſſionem ceſſant.**
647 *Plus iuris, & priuilegij tribuitur Patri teſtanti inter liberos, quàm militi teſtanti inter extraneos.**
648 *Leges loquentes de teſtamento militis an ſint trahendæ ad teſtamentum inter liberos. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 657.*
654 *Arg. à ſimili concludit ſi adſit ſimilitudo in eo, de quo agitur, licet in alijs diſſimilitudo deprehendatur.*
660 *In teſtamento Cæci liquidiores probationes, & magis exactæ ſolennitates requiruntur.*
661 *Si tamen illud inter liberos Conficiatur, ſufficit diſpoſitio. § ex imperfecto l. hac conſultiſſima. C. de teſta. neq; neceſſaria cenſetur diſpoſitio l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fac. poſſ.**
664 *Ioannes de Anania Conſ. 57. declaratur, & in eius deciſione allegan da Iacobum Philip. Portium hallucinari demonſtratur. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 674.*
*Cuius Ioan. de Anan. quanta ſit auctoritas. poſt. nu. 673.*
665 *Verb. Prima facie, vel Prima fronte, denotat Doctores contrarium eius, quod proponunt, demum determinare. & nu. 666.*
674 *Primum teſtamentum ſolenne, & perfectum, in quo ſint inſtituti extranei, non reuocari per ſecundum minus ſolenne, & imperfectum inter liberos cõditum ob defectum rogitus teſtium Iaſon ſemel cenſuit innixus deciſioni Romani. & nu. 675. 676. 677. 678.*
679 *Sed ipſius Romani deciſione abutitur. & nu. 680. 681 cum ſeq.*
682 *Quæ diſcutitur. & nu. 683. ac ſeq.*
684 *Atq; contra receptiſſimã Doctorum ſententiam detegitur in eo, quòd crediderit Romanus rogitum teſtium in teſtamento ad pias cauſas eſſe neceſſarium.* & nu. 685.*
686 *Iaſonis autem ſententia confutatur. & nu. ſeq.*
687 *Et quare inter liberos rogitus teſtiũ nõ requiratur ex Baldo deducitur.*

688 *Iaſo-*

688 *Iaſoniſq; contraria, & vera, ac recepta ſententia ad ipſum conficiendum affertur.*

689 *Cui etiam, tanquàm poſtremo loco emanatæ, ac maturiori ſtudio digeſtæ, eſt acquieſcendum.*

692 *Concluditur opinionem, qua defenditur primum teſtamentum inter liberos coram ſeptem teſtibus factum, abrogari per ſecundum inter ipſos liberos coram duobus conditum, vt veriſſimam, æquiſſimam, & receptiſſimam, omnino eſſe cuſtodiendam, ac fouendam. & num. 693. & num. 723. 724.*

694 *Quicquid etiam Ruinus hac in re ſequutus auctoritatem, vel magis errorem Oldradi, & aliorum, perperam ſenſerit.*

695 *Pariterq; Socinus Iun. deceptus eadẽ auctoritate, vel potius errore Oldradi, & aliorum illius ſectæ Doctorum. & num. ſeq.*

696 *Opinio illa ſequenda eſt, quam Doctor duobus in locis tenuit, licet in vno loco contrarium tenuerit. & nu. 697.*

698 *Doctor illam opinionem tamquàm veriorem tenere cenſetur, quam plenius examinat.*

699 *Primum teſtamentum inter liberos coram ſeptem teſtibus factum tollitur per ſecundum inter ipſos liberos coram duobus conditum, ſiuè in primo liberi ſint tantummodo inſtituti, ſiuè liberis admixtæ ſint extraneæ perſonæ.*

*Quicquid ſophiſticè nimis Natta dixerit, cuius opinio manifeſtè conuincitur de falſo. & nu. 700. 701. vſq; ad nu. 723.*

703 *Teſtamentum, in quo inſtituti ſint extranei coram ſeptem teſtibus, abrogatur per ſequens, in quo ſint inſtituti venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, coram quinq;.*

704 *Arg. valet à conſequenti deſtructo.*

706 *Teſtamentum ſolenne, in quo inſtitutæ ſint extraneæ perſonæ, tollitur ipſo iure per ſequens teſtamentum minus ſolenne inter liberos factum.*

*Etiam ſi in primo ſolenni fuerint inſtituti alij ſucceſſores ab inteſtato, qui poſt filios ad ſucceſſionem vocarentur. & nu. 707. 708. 709.*

710 *Magis eſt quòd teſtamentum ſolenne primo loco factum, in quo ſint inſtituti extranei, rumpatur per ſequens minus ſolenne, in quo ſint inſtituti venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis: quàm quòd primum ſolenne, in quo vocentur extranei, abrogetur per ſecundum minus ſolenne, in quo liberi admittantur. & num. 711. vſq; ad num. 718.*

712 *Parentes liberos inſtituentes magis ſunt priuilegiati in materia teſtamenti*

menti minus ſolenniter facti: quàm ſi veniente ab inteſtato, qui non ſint de liberis inſtituant. & quinq; nu. ſeq.

719 Regula .l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. declaratur.

721 Cernotina opinio.

725 Sinapium lauare.

726 Intellectus .§. ſi quis autem .l. hac conſultiſſima .C. de teſtamen.* & num. 727. 728.

729 Teſtamentum inter liberos vt reuocetur per alterum teſtamentũ, quid requiratur, fuſius deducitur. * & nu. ſeq.
Intellectus ſimul traditur Auth. hoc inter liberos .C. de teſtamen.*. & num. 748. vſq; ad num. 943.

830 Frater, reſpectu filij, vel nepotis, cenſetur extraneus.

732 Teſtamentum inter liberos factum quando cenſeatur, necne. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 748.

733 Subſtitutio non eſt propriè inſtitutio. *

735 Nec operatur eundem effectum, quem inſtitutio. & num. ſeq.

736 Non valet enim teſtamentum, in quo filius non reperitur inſtitutus, licet in eo fuerit per fideicommiſſum ſubſtitutus. *

739 Dictio Inter, exquirit duos terminos ſiuè perſonarũ, ſiuè rerum, in quibus verificetur. & nu. 740. 741.

742 Filia an in dote iam illi data poſſit à Patre inſtitui.
Quidq́; operetur talis inſtitutio. & nu. 743. 744. 745. 746. 747.

751 Teſtamentum illud Patris cenſetur magis fauorabile filijs, per quod illi magis reducuntur ad æqualitatem. * & nu. ſeq. vſq; ad nu. 773. & num. 836. 837.
Quod declaratur nu. 764. 765. & nu. 840. vſq; ad nu. 846.

752 Ad quam inter filios ſeruandam plurimum leges incumbunt. & num. ſequen.

758 Primogenitura fauorabilis.

759 Inconueniens eſt, quòd neptis ſit melioris conditionis, quàm filia. & nu. 769. 770.

781 Honeſto, vtili, æquo, fauorabili, Honeſtius, vtilius, æquius, fauorabilius; Honeſtiori, vtiliori, æquiori, fauorabiliori, Honeſtiſſimum, vtiliſſimum, æquiſſimum, fauorabiliſſimum ſemper eſt præferendum. & num. 772.

773 Teſtamentum minus ſolenne, & imperfectum inter liberos inæqualiter inſtitutos an valeat. * & nu. ſeq. vſq; ad nu. 788.

774 Romanus conſ. 179. & conſ. 385. declaratur. & num. ſeq. vſq; ad num. 780.

777 Ficos

777 *Ficos diuidere.*
781 *Concluditur teſtamentum minus ſolenne, & imperfectum inter liberos inæqualiter inſtitutos ualere.* *
782 *Etiamſi magna ſit inæqualitas, aduerſus nõnullorum Doct. concordiã.* * *& num.* 785. 786.
783 *Maximè ſi legitima filiorum non lædatur.*
784 *Licet ea etiam diminuta, idem ſit reſpondendum, ſed ipſa tunc ſuppleri debeat.*
787 *Illud autem apud omnes receptiſſimum eſſe cenſetur, quòd minimè curandum ſit de inæqualitate à Patre inter liberos inducta, niſi illa fuerit notabilis, & exceſſiua.* *
788 *Teſtamentum illud Patris fauorabilius liberis dicitur, in quo, excluſis extraneis in altero patris teſtamento vocatis, condignè inſtituti ſunt ipſi liberi inſtituendi. & nu.* 789. *& nu.* 791.
790 *Illud operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito.*
792 *Teſtamentum rurſus Patris illud fauorabilius liberis habetur, quod fauet plus altero maiori numero filiorum. & nu.* 793.
794 *Item illud, per quod tollnntur diſpoſitiones ad extraneas perſonas in altero factæ. & nu.* 795.
796 *Etiamſi in altero teſtamento filij omnes eſſent inſtituti.*
797 *Multò magis autem ſi vnus tantùm in eo fuit vocatus, & alter excluſus.*
798 *Illud quoq; eodem iure cenſetur, quo filij liberantur ab onere fideicommiſſi in altera patris diſpoſitione iſpis iniuncto. & num.* 803. 804. *& num.* 828.
799 *Fideicommiſſum enim eſt onus, & odioſum, & quo ad fieri poteſt, atq; in dubio propulſandum, etiam ſi agnationis gratia ſit factum.*
800 *Nec diuerſum ius conſtituendum eſt in eo teſtamento, quo filia vindicatur à ſeruitute nubendi in certa familia, in qua per alteram patris diſpoſitionem detinebatur. & nu. ſeq. vſq; ad nu.* 830.
801 *Conditio nanq; nubendi reſtricta ad certam familiam, oneroſa, dura, aſpera, & libertatis matrimonij impeditiua cenſetur. & nu.* 815. *vſq; ad num.* 835.
802 *Quæ matrimonij libertas non eſt arctanda. & nu.* 817. *vſq; ad nu.* 827.
805 *Multò magis autem illud teſtamentum liberis fauorabilius cenſebitur, quo à duobus ipſis vinculis & fideicommiſſi, & conditionis nubendi in certa familia liberi ipſi eximuntur. & nu.* 830. 831. 832. 833. 834.
806 *Licet quis metu pœnæ ad matrimonium aſtringi nequeat: ſpe tamen premij ſolicitari poteſt.*

807 *Hinc*

807 *Hinc pater filias heredes inſtituere poteſt ſub conditione nubendi Mercatoribus.*

808 *Item ſub conditione nubendi ciuibus, non alienigenis.*

809 *Item ſub conditione nubendi in familia.* * (*& nu.* 814.

810 *Item generaliter ſub conditione nubendi cum certo genere perſonarum.*

811 *Quod tamen, Felino iudice, non eſt vſquequaq; tutum.*

812 *Atq; declaratur.* * *& nu.* 813.

816 *Mulier autem iuſſa contrahere cum certo genere perſonarum, ſatis prohibita cenſetur contrahere cum aliјs.*

817 *Quod libertatem matrimonij reſtringit, & praiudiciale, atq; oneroſum eſſe cenſetur. & nu. ſeq.*

818 *Graue enim, & iniurioſum reputatur quòd homines quibus cum magis placuerit vendendo contrahere non poſſint.*

819 *Hinc Retractus Gentilitij ſtatutum inferre damnum venditori dicitur.*

820 *Proptereaq; illud eſſe odioſum, aſperum, contra ius commune; & ſtrictè interpretandum receptius eſt apud Doct.* *

821 *Magis igitur graue, iniurioſum, damnoſum, odioſum, durum, aſperum, & contra ius commune cenſetur, quòd mulier cogatur nubere in certa familia. & num. ſeq.*

822 *Quæ videtur emere Maritum dote.*

823 *Triſtiſſimum euentum hæ nuptiæ expectant, quæ cum eo uiro celebrentur, quem mulier odio habeat, auerſetur, abominetur, ac deſpuat.*

824 *Experientia rerum eſt efficax, & optima magiſtra.*

826 *Voluntatem expleri, præſertim in rebus, in quibus aliqua poteſt affectio cadere, etiam nullo accedente lucro, lucri loco ponitur, & pro maximo intereſſe reputatur.*

831 *Duo vincula magis ſtringunt, quàm vnum.*

833 *Graue eſt quòd quis vno onere prematur.*

834 *Grauius quòd duplici ſuffocetur.*

838 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

839 *Nomen hæreditatis diuerſa ſecum affert onera.*

840 *Dos materna poteſt vni ex liberis à patre in ſua portione relinqui ad inducẽdam æqualitatẽ inter ipſos liberos. & nu. ſeq. vſq; ad nu.* 846.

842 *Filia poteſt inſtitui in dote materna ſola, ad hoc vt præterita non dicatur, & teſtamentum valeat. cum tribus nu. ſeq.*

843 *Euidens non indiget probatione.*

845 *Magis quod eſt ſi concedatur, minus quoq; conceſſum eſſe cenſetur.*

846 *Superfluitas euitanda.*

847 *Quæ tamen ratione dubitationis tollendæ, & alijs ex cauſis toleratur.*

848 *Teſta-*

848 *Teſtamentum Patris inter liberos non ſolum cenſetur habere Clauſulam derogatoriam ad ſequentia: ſed etiam ad præcedentia teſtamenta.* Cum multis ampliationibus, & declarationibus.* & nu. ſeq. vſq; ad nu. 868. Ac rurſus nu. ſeq. vſq; ad nu. 888. Et deinceps nu. 889. vſq; ad nu. 943.*

854 *Quæ Clauſula derogatoria tacitè producitur ex ſuperuenientibus inimicitijs inter teſtatorem, & ſcriptum hæredem, vel ſubſtitutum, ex quibus voluntas teſtatoris mutata cenſetur.* & nu. 857. & 865. 866. 867. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 889.*
*Siuè culpa hæredis, vel ſubſtituti: ſiuè culpa teſtatoris inimicitiæ ſuperueniant.* nu. 866. 867.*
*Ipſa autem uoluntatis mutatio probatur per Librum rationum, & rerũ memoralium teſtatoris.* nu. 869. 870. 871. & nu. 886. 887.*
*Item per Epiſtolam ipſius teſtatoris.* nu. 872. vſq; ad nu. 888.*

855 *Clauſula rurſus derogatoria ſuboritur ex morte alicuius ex ſcriptis hæredibus, ob quam voluntas teſtatoris mutata præſumitur.* & nu. 857. & nu. 889. 890. 891. 892. 893. 894.*
*Quod locum ſibi vendicat etiam ſi mors ciuilis, vel quaſi alicuius ex hæredibus inſtitutis acceſſerit, ob quam ille, quo ad poſteritatis propagationem, & familiæ conſeruationem, à teſtatore fuerit pro mortuo reputatus.* nu. 895. vſq; ad nu. 906.*

856 *Ipſa deniq; Clauſula derogatoria ex quibus cauſis, & rationibus ſubintelligatur, & voluntas teſtatoris mutata cenſeatur Prudentiſſimi Iudicis arbitrio relinquitur.* & nu. 857. & nu. 906.*
*Quod declaratur, & ampliatur.* nu. 907. 908. 909. 910. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 919.*

858 *Modernos expedit allegare.*

863 *In dubio hæc ipſa Clauſula derogatoria reſpicit præterita, non ſequentia (teſtamenta.*

864 *Maximè ſi aliquod teſtamentum præceſſerit.*

870 *Quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notẽtur, quaſi neglecta videntur.*

871 *Merè dependentia ab animo, & voluntate ſcribentis per Librum rationum, & rerum memoralium plenè probantur.**

872 *Sicuti & per Epiſtolam.* & nu. 873. 874.*

875 *Cuius verba ſiuè diſpoſitiua, ſiuè enunciatiua probant, ſi ſuper eo, quod ſcribens per epiſtolam facere potuiſſet, prodierint. & nu. ſeq. vſq; ad num. 886.*

876 *Matrimonium per literas contrahitur.*

881 *Statutum puniens alloquentem banuitum, afficit etiam ſcribentem literas ad eum.**

882 *Ex actu etiam nullo, & inualido teſtatoris voluntas declaratur.*
883 *Immo ex actu reuocato.*
886 *Libri, & Epiſtolæ probatio per legitimam literarum comparationẽ perficitur.* *
890 *Agnationis, & Familię ratio habita cenſetur ob maſculos fœminis prę latos. & nu.* 896.
897 *Mundo mortuus Deo viuit.*
898 *Quæ mors ſecularis appellatur.*
899 *Bonaq́, ac meritoria cenſetur.*
900 *Mors ciuilis, vel quaſi per interpretationem æquiparatur morti naturali, cùm per omnia repreſentat idem in effectu quo ad id, de quo quæritur, quòd repræſentat mors naturalis.* *
901 *Quod procedit, Socini Iunioris ſententia, quĩ mens diſponentis, & ratio diſpoſitionis ita militat in morte ciuili, quemadmodũ et in naturali.*
902 *Quicquid multi ex recentioribus, diuerſimodè materiam hanc ingenij oſtendendi gratia explicantes, procul à crebriori Doctorum ſententia in medium deduxerint. & nu.* 903. 904.
912 *Iudex, arbitrio cuius aliquid ſit commiſſum, quid in re determinãda ſeruare debeat.* *
*Quantaq́, ſit eius poteſtas, & auctoritas.* * *et nu. ſeq. vſq; ad nu.* 919.
913 *Illius etiam, cuius conſcientiæ aliquid committitur.*
916 *Filius ad hæreditatem Patris & per rationem naturalem, & per vniuerſas leges, & per votum paternum vocatur.*
919 *Clauſula derogatoria inducitur ex inſtitutione perſonæ dilectiſſimæ, & chariſſimæ, quàmuis primum teſtamentũ clauſulam ipſam habeat derogatoriam.*
920 *Concurrentibus præſertim coniecturis de mutatione voluntatis præcedentis ſecundum Socini Iunioris ſententiam.*
921 *(Quod tamen abſq; alia coniectura, Didaco Couar. iudice, optima ratione procedit.)*
922 *Quod Index prudenter arbitrabitur.*
*Maximè qui poſſit, ſola facti veritate inſpecta, iudicare.*
*Cuius maxima eſt auctoritas.*
923 *Primum teſtamentum quàmuis ſolenne, & perfectum reuocatur per ſecundum etiam inutile, & imperfectum, ſi inter vnum, & alterũ decennij tempus effluxerit.* * *& nu.* 924. 925. *& nu.* 927.
926 *Etiam ſi in primo teſtamento clauſula Derogatoria fuerit appoſita.* *
928 *Iudex tamen arbitrari debet idem eſſe, ſi ad decennium perficiendum parum temporis deficiat. & nu. ſeq. vſq; ad nu.* 941.

929 *Cùm propter obliuionem præſumptam prioris teſtamenti hoc lege cautum fuerit.*

931 *Quam minori tempore, quàm decennij inductam fuiſſe Iudex arbitrari poteſt.* * & nu. 935.

932 *Doctorum autem opiniones circa tempus cauſandæ obliuionis ita conciliantur, vt controuerſia, quæ inter eos exoritur, circa tempus præſumendæ obliuionis, & ſimul amittendæ poſſeſſionis verſetur: Crebriorq́; hac in re ſit opinio, quòd Iudex de minori tempore, quàm decennij non poſſit arbitrari. Quo autē ad cauſandam obliuionē duntaxat, res tota iudicis arbitrio cōmitatur.* * & nu. 933. 934. 935.

936 *Et quàmuis obliuio præſumatur etiam poſt annum.*

937 *Receptius eſt tamen, quòd in hoc certa dari non poſſit doctrina.* *

938 *Atq; indicantis arbitrio res committatur.* *

939 *Quemadmodum & committitur quod tempus magnum, vel paruum cenſeatur.*

940 *Proximè futurum pro iam exiſtente habetur.*
*Parua, ſeu modica nòn habentur in conſideratione.*

941 *Ex quibuſcunq; coniecturis Iudici conſtare poſſit teſtatorem voluiſſe ſecundum teſtamentum prævalere, tollitur primum, licet ſecundum ſit quidem ſimpliciter factum.* * & nu. 942.

943 *In articulo mortis conſtitutus, & habens linguam groſſam, ac balbutientem, ſemimortuuſq́, exiſtens An, & quando teſtari poſſit.* *
*Quæ in re intellectus.* * *l. iubemus. C. de teſta. in medium affertur.* & nu. 944. 945. 946. 947.

948 *Filia per ſtatutum, vel pactum, ſtantibus maſculis, & reſpectu ipſorum maſculorum excluſa: non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſuſpenſiuè, & reſpectiuè excluſa cenſetur. Quo fit vt, ceſſante cauſa excluſionis, nempè, maſculis de medio ſublatis, ipſa filia ſuccedere non prohibeatur.* * & nu. 949. cum duob. nu. ſeq.

950 *Omnis diſpoſitio, Rebus in eodem ſtatu permanentibus, interpretari (ſolet.*

951 *Rerum mutato ſtatu, & noua cauſa accedente, diſpoſitio ceſſare debet.*

952 *Filia per ſtatutum, vel pactum excluſa à ſucceſſione inteſtati, non prohibetur ſuccedere ex teſtamento, quàmuis minus ſolenni inter liberos facto.* *

953 *Baldus in l. cum antiquitas C. de teſtamen. dicens Teſtamentū non probari per teſtes, quorum vnus deponat plus, & alter minus, declaratur.* & 4. nu. ſeq.

956 *Teſtes omnes fuiſſe præſentes ad totum teſtamentum in dubio præſumitur, ſi concordant in dicto, ſuper quo deponunt.*

958 *Diſcordantes autem in aliquibus minimis maiorem fidem obtinet, quàm ſi eadem verborum ſtructura, & formalitate deponant. & nu. 993. & num. 998.*

959 *A quibus non exigitur quòd exprimant verba formaliter, dummodo exprimant ſenſum. & nu.* 1003.

960 *Et ſufficit eos concordare in facto principali, licet non conueniant quo ad corticem verborum.*

961 *Qui quidem eliduntur per contrarietatem, ſi vacillant verbis, & mente: ſecus ſi verbis tantùm, & non effectu verborum. & nu. ſeq.*

962 *Veruntamen concordandi ſunt quo ad ſenſum, ſi non poſſunt quo ad literam concordari, etiam ad effectum vt probent.*

963 *Quinimo non officit quòd diſcordent in cæteris ſi ſuper facto principali concordant. * & nu.* 965.

964 *In quo etiam ſi in aliquo modico diſcordent, non cenſentur varij ſed probant.*

966 *Qui tamen quando debeant, nec ne in forma, & cortice verborum Teſtatoris concordare.*

*Et ſimul Antonius de Butrio in c. nihil obſtat. de verb. ſign. latè declaratur, atq; diſcutitur. & nu. ſeq. vſq; ad nu* 1052.

970 *Eorum autem variatio in verbis prolatis tunc demum officit, quando formalitas ipſa verborum fuit articulata, & ad eam probandam quis ſe aſtrinxit. & nu.* 944. 945. *& nu.* 999. *& num.* 1016. *& nu.* 1024. *& nu.* 1037.

972 *Clauſula* Non ſe aſtringens, &c. *maximam habet virtutem, & efficaciam. & nu.* 1037.

974 *Teſtium dicta, interpretationibus ſophiſticis, cauillationibus, & calumnijs reiectis, benignè, ac ſincerè, amplexata veritate, ſunt intelligenda, atq; etiam cum aliquali impropriatione iuuanda.**

975 *Qui An, & quando debeant in forma, & cortice verborum teſtatoris concordare, cùm interrogati fuerunt ab examinatore de formalitate ipſa verborum.*

*Hinc Rolandus à Valle conſ.* 33. *lib.* 2. *& ſimul cum eo Baldus, Alexander, Iaſon, Felinus, Socinus, Barbatia, Decius Crottus, Ruinus, Cacialupus, Angelus de Caſtro, Cotta in locis, de quibus ſub nu.* 979. 987. 990. *diſcutitur fuſiuſq; declaratur. & nu. ſeq. vſq; ad nu.* 1006. *& nu.* 1025. *vſq; ad nu.* 1038. *& nu.* 1050.

977 *Difficultas nulla maior eſt in iure noſtro, quàm benè intelligere in quibus terminis loquantur Leges, Gloſſæ, & Doctores.*

984 *Ex quibus cognoſcatur quòd teſtes vel reſtringere ſuam reſponſionem ad verborum formalitatem, vel rei ſubſtatiam, & effectum referre voluerint.*

*voluerint. & nu. 985. & 988. & nu. 1027. vſq; ad nu. 1034.*

989 *Veritas magis oculata fide, quàm per aures animis hominum inſigitur.*

996 *Cacialup. in l. admonẽdi ſub nu. 116. ff. de iniur. declarat r. et nu. 997.*

998 *Regula ex. c. nihil obſtat de veb. ſign. depromitur, ac declaratur. & nu. 999. 1000. 1001.*

1002 *Prudenter, piè, ac iuſtè ſe gerunt teſtes formalitatem verborum euitantes, & diſpoſitionem teſtantium per ſimilia verba in effectu, & ſubſtantia exprimentes. & nu. 1003. 1004. 1005.*

1006 *Antonij de Butrio ſententia in. c. nihil obſtat. de verb. ſign. ab codem in. c. cùm eccleſia ſutrina. de cauſa poſſeſſ. & propriet. retractata. & nu. 1007. 1008. 1009. 1010. 1011. 1012.*

1013 *Illam damnat etiam Apoſtil. ad Alex.*

1014 *Eandemq́, indiſtinctè non eſſe veram, & veluti nimis duram in practica Bononiæ non ſeruari poſt Mattheſ. teſtatur Grammat.*

1015 *Qui contra eandem ſe obtinuiſſe in magna Curia vicariæ aſſeuerat.*

1016 *Illam tamen pro verà admittens (ſi quod falſum eſt pro vero admitti poteſt) rectè quidem declarat.*

1017 *Sed ipſe poſtmodum incautè labitur, & ſuis proprijs telis conficitur. & nu. 1018. ac nu. ſeq. vſq; ad nu. 1024.*

1019 *Exempla non reſtringunt, ſed declarant regulam.*

1023 *Teſtamentum ſine inſtitutione hæredis ſtare non poteſt.*

1030 *Dictio Similiter, vel Similia, excludit formalitatem, et præ ſe fert ſubſtantiam, vel effectum. & nu. 1031. 1032. 1033.*

1038 *Alexandri de Neuo pulcherrima Diſtinctio An, & quando Teſtes debeant in formalitate verborum concordare, tota ad caſum, de quo agitur applicata. & nu. ſeq. vſq; ad nu. 1052.*

1044 *Teſtamentum patris inter liberos nullam exquirit verborum formalitatem: ſed quibuſcunq; verbis, vel indicijs ſuſtinetur.*

1045 *Cùm inter partes nulla oritur contrarietas de forma, & cortice verborum: ſed de diſpoſitione tantùm teſtatoris: non officit quòd teſtes in ipſa verborum formalitate, & cortice non conueniant, ſi in ipſa teſtatoris diſpoſitione, & diſpoſitionis ſubſtantia concordent.*

1052 *Opinio, qua ſuſtinetur teſtamentum, in dubio eſt amplectenda.*
*Etiam ad excluſionem filiorum.*
*Eſto quòd illa ſit vnius Doctoris tantùm contra communem opinionem. & nu. 1053. & nu. 1065. 1066.*

1054 *Qua ſcilicet, poſtremum, non antecedens ſuſtinetur teſtamentum.*

1055 *Cùm præſertim in vltimo teſtamento agitur de inſtitutione filiorum.*
*Quorum cauſa ſummè eſt iuſta, & fauorabilis. & num. ſequen. vſq;*

*vſq; ad nu.1060.*

1506 *Et ita quidem, vt Socinus Iunior ſibi perſuadere non poſſet, Iudicem tam impium reperiri, qui etiam data aliqua dubitatione, vellet contra eos iudicare. & nu.1058.*

1059 *Quod Auctor vnà cum Socino in caſu filiæ, quam defendit, Iudicem aliquem facturum eſſe, ſibi perſuadere non poteſt.*

1060 *Qui eiuſdem cauſæ determinationem ad fauorem ipſius filiæ piam, fauorabilemq́, eſſe putat ob rationes, & cauſas à Paulo Caſtrenſi mutuatas, qui in facti ſpecie huic perquàmſimili de iure reſpondit. et nu. ſeq.*

*Quòd hæreditas deueniat ad perſonas, ad quas teſtator noluit, nefas, & flagitium eſſe cenſetur, cui omnino eſt obuiandum.*

1061 *Tàm ſimile, quàm lac lacti.*

1062 *Filia, vel neptis, quæ non fraudata portione ſibi debita, patris, vel aui teſtamentum ob aliquas ſolennitates omiſſas impugnat, malè, atq; impudenter ſe gerit.*

1063 *Contra non habentem teſtatoris mentem, etiam piam cauſam, in dubio eſt iudicandum.*

1064 *Quomodocunq; hæres non habeat voluntatem teſtatoris, ſuccedere nō poteſt.*

1065 *Teſtamentis quantùm ſit fauendum. & nu.1066. & omnib. nu. ſeq.*

1067 *Quæ ne reddantur inualida publicè intereſt. & nu.1070.*

1068 *Lex enim hanc vnam habet intentionem, vt morientium vltimæ voluntates obſeruentur.*

1069 *Quibus nihil aliud eſt, quod magis debeatur.*

1071 *Et quorum voluntatem veluti legem ſeruandam eſſe Lex ipſa ſtatuit.*

1072 *Quod pietas, & humanitas expoſtulat.*

1073 *Cuius quidem pietatis iura violare cenſetur, qui venit contra ipſam teſtatoris voluntatem.*

1074 *Ex duabus ſententijs contrarijs à duobus Iudicibus ordinarijs latis illa ſequenda eſt, quæ pro Actore facit, ſi agatur de teſtamento ſuſtinendo: quàmuis aliàs ea, quæ pro Reo facit, eſſet amplectenda.*

1075 *Voluntatem teſtatoris enixè ſeruandam.*

*Cauſam teſtamenti piam, & fauorabilem.*

*In dubio pro ipſa Voluntate, ac Teſtamento iudicandum eſſe; magna Doctorum manu concluditur. & nu. ſeq.*

1076 *A iuſtitia, & religione quicquàm magis alienum inueniri non poteſt, quàm voluntati teſtantium aduerſari.*

1077 *Tutior via pro anima, & pro iuſtitia naturali eſt, ſecundum Baldi ſententiam,*

*tentiam, ſemper (quo ad magis fieri poteſt) iuuare teſtamenta.*
*Maximè ad pias cauſas.*
*Et inter liberos.*
*In quibus non eſt de apicibus iuris diſputandum.*

1078 *Iſta etiam, iudice Barbatia, eſt via æqua, iuſta, ſancta; iuri, & æquitati conformis.*

*Cum quo in facti ſpecie huic ſimillima conſulente, ſecundam teſtatoris diſpoſitionem, de qua tractatur, validam, & efficacem eſſe ad tollendum primum teſtamentum perfectum, concludit Auctor.*

1079 *Qui rurſus cum ipſo Barbatia D. Iudicantem admonet quomodo agatur de excludenda filia à ſucceſſione patris, quod omnia iura tam humana, quàm diuina abhorrent.*

1080 *Parteſq; ſuas eſſe in pronunciando primum Teſtamentum fore reuocatum per ſecundam diſpoſitionem, de qua agitur, vnà cum ipſo Barbatia ſermonem repetens Auctor ipſe aſſeuerat, Et Reſponſo pro Vxore extremam manum imponit.*

## DEI OPT. MAX. NVMINE IMPLORATO.

1 CVm veritas † diſputando facilius inueniatur: ex norma Herennij Modeſtini, quem & notando, & diſputando benè, & optima ratione decreuiſſe teſtatur Arcadius in. l. fin. §. miſſa. ff. de
2 muner. & honor. Et veritas † ſæpius exagitata magis ſplendeſcat in lucem
3 c. graue. 35. q. 9. Et ſicuti natura, † eſt Aromatum, vt longè magis contrita redoleant: ſic & veritas quantò magis conteritur, & oppugnatur, tantò clarior, expulſis nebulis, in lucem progrediatur. vt dixit Pau. Caſt. conſ. 23. ſolet aromatum. in Antiquis (vt appellant) ſeu lib. j.

4 lib.j Et quaſi ferro † viam aperiat, qui per contraria tranſit. vt inquit Bal. in.l. precibus. nu.33. C. de imp. & alijs ſub. Quibus ſententijs paſsim vtuntur Doctores exordiendo, ac præludendo. vt Cur.Sen. conſ.78.in princ. Ioan. de Zan. conſ.51.nu.1. inter conſ. Alex.lib.4.Mart.Garat.conſ.58.nu.2.lib.3.conſ.crim. Iaſ. conſ.31.nu.1. inter conſ.Syluani, Corn.conſ.5.nu.1.lib.3. Cur. Iun.conſ 116.nu.1.Sylua.conſ.1.nu.113.Soc.Iun.conſ.128.nu. 176.lib.j.& conſ.39.nu.19.& conſ.79.nu.3.lib.3.Aymon Crauet.conſ.135.nu.18.& Reſp.j.pro Genero nu.1. Chaſſenæ. cõſ. 37.nu.5. Rol an.à Val.conſ.6.in princ.lib.j. & conſ.43.nu.6.7. & conſ.66.in princ.& conſ.100.nu.1.2.lib.2.

Prima quidem fronte (vt in hac quæſtione teſtamenti D. Celſi Zoboli verbis etiã vtamur Celſi I.C.in.l.quingenta.ff.de probat.) dicendum videbatur diſpoſitionem, de qua in propoſita facti ſpecie, nec nomen, nec effectum teſtamenti aliquo modo ſortiri poſſe, ex infraſcriptis contrarijs, quæ breuius, quoad fieri potuit, conſultò perſtrinximus, ne cùm aliqua longiori ſermone ſint à nobis inferius neceſſariò pertractanda: ſimul & his fuſius, copioſiusq; in medium deductis, legentium mentes duplici onere premerentur. Si tamen onus (quod minimè puto) cuiquàm legalis philoſophiæ cultori, & veritatis, ac Iuſtitiæ amatori poteſt videri, pulcherrimam, ſubtiliſſimamq; iuris quæſtionem, & eandem veriſſimis, ac iuſtiſſimis demonſtrationibus ſolutam, diſcuſſam, enucleatam, diffinitam, atq; pro defenſione veritatis, & Iuſtitiæ ab obſcuriſſimis tenebris ad clariſſimam lucem reuocatam, ac reſtitutam: qualem hanc ipſam eſſe profitemur, ad quam accingimur: non ſuo, ſed noſtro labore, ac ſtudio digeſtam, abſolutam, & omnibus numeris perfectam præ manibus habere, & non parua delectatione, atq; vtilitate ſucciſiuis horis perlegere.

5 Primò igitur, valet † argu.à ſufficienti partium enumeratione.l. patre furioſo.vbi Bar.& alij not.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. ſed diſpoſitio, de qua agitur, non poteſt valere, vt teſtamentum
6 in ſcriptis de iure communi, † quia non fuerunt ſeruata ſolennia, de quibus in.l.hac cõſultiſſima.& in.l.iubemus.C.de teſtam. quæ exactiſsimè omnium, quos adhuc viderim, recenſuit Rolan.à Val. conſ.36.lib.j. Nec poteſt valere vt teſtamentum in ſcriptis de iure
7 ſpeciali inter liberos, † quia non fuerunt ſeruata ſolennia, de quibus in Auth.Quod ſine.C.de teſtamen. Et in ſpecie tempus in ea deficit, quod neceſſarium eſſe cenſetur. vt inquit Alex.conſ.123. nu.4.

nu.4.lib.j. & conſ.76.nu.13.lib.3. Minus poteſt valere vt teſta-
8 mentum nuncupatiuum, † quia D. Celſus coram teſtibus volun-
tatem ſuam perfectè non manifeſtauit, cùm nomina hæredum, ac
legatariorum coram illis non expreſſerit. iux.tex.in.d.l. hac con-
ſultiſſima. §. per nuncupationem. &.l.in teſtamentis. C. de teſta-
men.&.§.fin.Inſti.eod.tit.) Ergo, &c.

9 Secundò, Diſpoſitio teſtatoris relata ad *ſchedulam*, † puta ſi
dicatur. *Volo ſchedulam, quam dimiſi penes talem, eſſe meum teſta-
mentum*. Licet valeat, quo ad legata: non valet tamen quo ad in-
ſtitutionem hæredis, vt tradit Iaſ. in.d.l.hac conſultiſſima. §. per
nuncupationem.C.de teſtamen. ſed diſpoſitio, de qua tractatur
eſt huiuſmodi. Ergo, &c.

10 Tertiò, Teſtatoris diſpoſitio pendens à voluntate, † & arbitrio
alterius tanquàm captatoria non valet.l.illa inſtitutio, &.l. capta-
torias.ff.de hære.inſti.l.captatorias.C.de teſtamen. milit. ſed di-
ſpoſitio, de qua loquimur, ex alieno pendere videtur arbitrio:
nempè ex arbitrio Generi, qui poſſet captare, & vnam ſchedu-
lam pro alia exhibere. Ergo, &c.

11 Quartò, Licet teſtamentum imperfectum † ratione ſolennita-
tis valeat inter liberos.d.l.hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de
teſtamen. Tamen ſecus eſt, ſi teſtamentum ſit imperfectum ratio-
ne voluntatis. vt ibi tradũt Bar. Albert.Bal.Salyc.Angel.Pau.Caſ.
Alex.Corn.Iaſ.Riminal.Natta, & deniq; ſcribentes omnes. Di-
12 citur autem teſtamentum imperfectum † ratione voluntatis (vt
ceteros omittam caſus) quando teſtator voluit inſtrumentum cõ-
fici per Notarium de voluntate, ac teſtamento ſuo, & interim ipſe
teſtator moritur, nullo facto inſtrumento per ipſum Notarium.
Tunc enim teſtatoris voluntas ſuſpenſa videtur donec inſtrumen-
tum conficiatur: & illa potius præparatio ad teſtandum, quàm
perfecta voluntas teſtamenti cenſetur. vt tradit Oldra.conſ.119.
Titius condidit teſtamentum. Ioan. Andre.in Addi.Spec.in Tit.
de inſtru.edit.§. compendioſè. ſub nu.31. in ver. ex parte. verſi.
ſed fuit quæſtio de facto.Pau.Caſt.conſ.449. aliàs 463. viſa dicta
facti narratione.lib.2.ſeu (vt appellant) in Nouis.Dec.conſ.159.
& in eodem caſu Iaſ.conſ.155.lib.4. Sed in propoſita facti ſpecie
teſtator volebat, quòd de voluntate ſua conficeretur inſtrumentũ
per D.Ioannem Bapt. de Maro Notarium ad id ſpecialiter iuſſu
ipſius teſtatoris vocatum: vt duo teſtes deponunt, nempè D Pau-
lus, & D.Daria: quod minimè factum eſt. Ergo, &c.

13 Quintò, Verbum † Volò, non inducit diſpoſitionem, alijs nõ concurrentibus: ſed potius primum animi motum in futurum factis explicandum enunciare videtur. vt tradunt Doct. in l. ſerui electione. de leg. j. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. & fide catho. in l. gerit. ff. de acquir. hæred. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de ver.
14 obli. Ad hoc autem vt verbum, † Volo, diſpoſitionem inducat neceſſariæ videntur cõiecturæ, quæ cumulantur in l. Pamphilo. §. propoſitum. de leg. 3. Vel ſaltem duæ illæ principaliores: nempè, Quòd teſtes iuſſu teſtatoris conuocentur: & quòd ad interrogationem perſonæ, cuius intereſt, verbum, Volo, fuerit à teſtatore prolatum: ex quibus deliberata mens diſponendi colligitur, ſecundum Doct. in locis proximè deductis, & Soc. Iun. conſ. 179. lib. 2. vbi plurimos hac in re congerit. Sed D. Celſus nec conuocatis teſtibus, nec ad alicuius interrogationem protulit illa verba *Volo, quòd ſcriptura, quam mea manu ſcriptam, & continentẽ meũ teſtamẽtum miſi ad Generum meum, ſit meum teſtamentũ.* Ergo, &c.
15 Sextò, Si conſtat aliquem voluiſſe † teſtari in ſcriptis, & deficiant ſolennitates requiſitæ: diſpoſitio illa non ſuſtinetur etiam in vim teſtamenti nuncupatiui, quamuis aliàs tot interuenerint, quę ſufficerent ad ipſum teſtamentum nuncupatiuum. vt poſt Dyn. inquit Bar. in l. fin. in fin. ff. de iure codicil. Sed D. Celſus videtur voluiſſe teſtari in ſcriptis: vt colligitur ex literis, quas vnà cum ipſa teſtamenti ſchedula ad Generum miſit: ex illis, ſcilicet, epiſtolæ verbis. *Et poi me la rimanda fidelmente, ch'io ho in animo di farla poi ſigillarla, & farne di ciò rogare vn Notaio con tutte le ſue ſolennità, &c.* Quæ verba præ ſe ferunt formam teſtamenti in ſcriptis iux. l. hac conſultiſſima. & l. iubemus. C. de teſtamen. Et ſolennia ad id requiſita deficiunt. Ergo, &c.
16 Septimò, In teſtamento † ſiuè in ſcriptis, ſiuè nuncupatiuo numerus ſeptem teſtium requiritur. d. l. hac conſultiſſima. in princ. &. §. per nuncupationem. C. de teſtamen. Et quidem non ſolum de forma probatoria: ſed etiam de forma ſubſtantiali. vt dixit Bar. in l. nemo poteſt. in. 1. opp. quem omnes ibi ſequuntur. de leg. j. Sed teſtamentum, de quo tractatur, tribus tantum teſtibus probatur. Ergo, &c.
17 Octauò, Teſtimonium mulieris, † quod pertinet ad teſtamentum, nullius eſt virtutis. l. qui teſtamento. 2. §. mulier. ff. de teſtament. Sed ad probandum hoc ipſum teſtamentum, inter alios teſtes mulier connumeratur. Ergo, &c.

18 Nonò

18 Nonò, Non ſufficit † teſtes idoneos teſtamenti factioni adfuiſſe, niſi etiam apareat illos, vt teſtamento intereſſent, fuiſſe rogatos. l. heredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſtamen. ſiuè teſtamentum ſit in ſcriptis. d. l. hac conſultiſſima. in princ. C. eod. tit. ſiuè ſit nuncupatiuum. vt eſt gloſ. in. §. fin. in ver. adhibitis. Inſti. eod. tit. ſed in hoc, de quò diſſerimus, teſtamento non fuerunt teſtes rogati, ſed fortuiti. Ergo, &c.

19 Decimò, Ex ſcriptura † non lecta, vel publicata coram teſtibus non probatur teſtamentum. l. ex ea ſcriptura. vbi Bar. ff. de teſtamen. quod in ſpecie dixit Salyc. in. d. §. ex imperfecto. Sed ſcriptura D. Celſi non fuit lecta, vel publicata corā teſtibus. Ergo, &c.

20 Vndecimò, Cùm notarius † non habet teſtamentum pro perfecto, & abſoluto, nihil actum eſſe cenſetur. vt tradit Bar. in. l. ſi is qui. aliàs. ſi quis cùm nu. 3. ff. de teſtamen. Sed in caſu, de quo agitur, tantum abeſt, vt notarius habuerit teſtamentum D. Celſi pro perfecto, & abſoluto: vt potiùs crediderit teſtamentum eo modo confici non poſſe, quo ipſe D. Celſus voluit: vt Notarius ipſe aſſeuerat in ſua depoſitione. Ergò, &c.

21 Duodecimò, Si teſtator † non habet teſtamentum pro perfecto, & abſoluto, multò magis ex defectu voluntatis teſtamentum irritum eſſe dicemus, vt inquit Bar. in. d. l. ſi is qui. aliàs. ſi quis cū, nu. 3. ff. de teſtamen. Sed D. Celſus non videtur habuiſſe teſtamētum ſuum pro perfecto, & abſoluto: quia, ſignificante illi notario, quòd mittebatur Parmam ad accipiendum ſchedulam à Genero, vt ſic ipſa ſchedula teſtamenti publicaretur, D. Celſus dicitur acquieuiſſe annuendo capite, vt deponit notarius, qui ex hac coniectura dicit ſe cogitare, quod D. Celſus exiſtimaret ſe minimè teſtatum fuiſſe. Ergo, &c.

22 Decimotertiò, Hodiè † & in teſtamento ſolenni de iure communi, & in teſtamento imperfecto inter liberos de iure ſpeciali cuicunq; ex filijs, vel nepotibus locum ſuitatis obtinentibus relinquendum eſt aliquid titulo inſtitutionis, alioquin teſtamentū non valet: vt tradunt Doct. in Auth. Nouiſſima. C. de inoffi. teſtamen. Sed D. Deodatæ ipſius teſtatoris nepti ex filio prædefuncto nihil in hoc poſtremo teſtamento relictum fuit iure inſtitutionis, ſed alijs titulis. Ergo, &c.

23 Decimoquartò, Poſteriore † teſtamento rumpitur quidem ſuperius ritè, ac ſolenniter factum: ſed ita demum ſi poſterius & ipſum ſit perfectum. §. poſteriore. Inſti. quib. mod. teſt. infir. l. ſan

24 cimus.C.de teſtamen. Vel ſaltem † tribus concurrentibus: nempè quòd in primo ſolenni fuerint inſtituti extranei, & quòd in ſecundo non ſolenni fuerint inſtituti venientes ab inteſtato, & quòd in ipſo ſecundo interfuerint quinque teſtes. d. l. hac conſultiſſima. §.
25 ſi quis autem. C. de teſtamen. Præſertim ſi primum † teſtamentum ſit factum à patre inter liberos: nam tunc non reuocatur per ſecundum, niſi duobus copulatiuè concurrentibus, nempè, quòd pater expreſsè reuocet primum: & quòd ſecundum ſit factum coram ſeptem teſtibus. Auth. Hoc inter liberos. C. de teſtam. Sed primum teſtamentum D. Celſi iure perfectũ eſt, & ſolenne: cùm tamen ſecundum ſit imperfectum, & minus ſolenne: nec in primo inſtituti ſunt extranei, quinimo liberi: & in ſecundo non interfuerunt ſeptem teſtes, immò nec quinque: minuſq; primum fuit expreſſè reuocatum. Ergo, &c.

26 Decimoquintò, Qui articulatè † loqui non poteſt teſtamenti factionem non habet, quia mortuo ſimilis eſt. l. iubemus. C. de teſtamen. Sed D. Celſus talis videtur fuiſſe, cùm tempore teſtaměti in loquela iam deficeret ob morbi acerbitatem, vt Notarius deponere videtur. Ergo, &c.

27 Decimoſextò, Teſtamentum † minus ſolenne valet tantùm inter liberos ab inteſtato ſucceſſibiles. l. fin. C. famil. herciſ. Sed
28 D. Martha hæres inſtituta in ſecundo teſtamento, † tùm ex ſtatuto Regienſi excludente filias dotatas, tùm ex pacto de non ſuccedendo per eam facto tempore dotis conſtitutæ, non eſt ab inteſtato patri ſucceſſibilis, quin potius redacta eſt ad inſtar extranei, & poteſt præteriri abſq; eo, quòd teſtamentum ſit nullum, cùm ha-
29 beatur pro mortua. vt † primum tradit Bal. in. l. maximum vitiũ.
30 q. fin. ſub nu. 15. & ſeq. C. de liber. præt. & † alterũ ponit Bar. in. l.
31 qui habebat. nu. 6. ff. de bono. poſſ. contr. tab. Vtrumq; † verò cõmemorat. Guliel. Benedict. in. c. Raynutius. in ver. Duas habens filias. nu. 178. & nu. 261. & ſeq. de teſtamen. Ergo, &c.

32 Decimoſeptimò, Cùm aliqui † ex teſtibus teſtamentarijs dicunt plus, & aliqui minus, non probant etiam in eo, in quo ſunt conteſtes, quia ſic apparet eos omnes non fuiſſe præſentes ad totum teſtamentum. vt inquit Bal. in. l. cùm antiquitas. C. de teſtam. Sed teſtes recepti ſuper teſtamento D. Celſi eadem verborum mẽſura non deponunt verba prolata à teſtatore, & reſponſionem datam à Notario: ſed D. Daria dicit plus, & D. Paulus dicit minus, at D. Ioan. Bapt. multò plura recenſet. Ergo, &c.

Decimo-

Decimooctauò, Quando agitur de probando teſtamento ali-
33 cuius, oportet † quòd teſtes concordent in forma, & cortice ver-
borum teſtatoris. Quo fit, vt ſi duo teſtes producantur ad pro-
bandam hæredis inſtitutionem, quorum vnus deponat teſtatorē
dixiſſe, *Seium hæredem facio*: & alter dicat teſtatorem protuliſſe
hæc verba, *Seius ſit hæres*: non cēſeatur probata hæredis inſtitu-
tio: cùm teſtes in forma, & cortice verborum diſcordent. Ita
dixit Ant. de Butr. in c. nihil obſtat, de verb. ſign. Sed teſtes re-
cepti ſuper teſtamento D. Celſi non concordant in forma, & cor-
tice verborum ipſius teſtatoris, vt ex eorum patet inſpectione.
Ergo, &c.

34 Decimononò, In dubio † tenenda eſt illa opinio, quæ fauet
teſtamento, etiam ad excluſionem filiorum: vt tradit Grāmat.
Deciſ. 103. nu. 145. & Neuiz. plurima congerens conſ. 26. nu. 71.
vſq; ad nu. 16. ſed prædicta argumenta ſaltem reddunt hanc cau-
ſam dubitabilem. Ergo pro primo teſtamento, etiam ad exclu-
ſionem D. Marthæ filiæ videtur eſſe iudicandum.

QVIBVS tamen, & alijs ſimilibus non obſtantibus, quæ verè
non obſtant, prout ex infrà deducendis, & allegandis luce meri-
diana clarius demonſtrabitur, contrariam ſententiam, vti verio-
rem, & humaniorem amplectendam eſſe cenſemus. Et ſi qua diſ-
ficultas oritur (vt cum Ruino loquar in conſilio mox citando)
hoc contingit ex improbitate Notarij, cuius impietatem admi-
rari non deſino, qui D. Celſo in extremis conſtituto, & volenti
teſtari ſeſe oppoſuit, vt illius hæreditas ad eos perueniret, ad
quos ipſe teſtator non vellet. Quia igitur video quòd calliditate
35 Notarij voluntas teſtatoris eſt obumbrata, pium † quidem eſſe
arbitror, & laudabile omni conatu, & ſtudio eam adiuuare: vt in
ſimillimis terminis, & quidem mutatis ſolùm nominibus, exor-
ditur Ruin. conſ. 1. ſub nu. 7. verſ. ſed præmiſſis. lib. 2. & quòd piū
ſit defendere teſtamentum, quod prætextu alicuius omiſſæ ſolen-
nitatis impugnetur, dixit Pau. Caſ. conſ. 413. viſo, & examinato
ſupraſcripto puncto. col. 2. verſ. ſed his non obſtantibus. lib. 2.
vel (vt aiunt) in Nouis. Quod libenter nos faciemus admoniti
36 Iram DEI ſuper ſe illum prouocare, qui veritatem opprimi pro-
ſpiciens, eam pro viribus non defendit. c. quiſquis xj. q. 3. Non
37 ſolùm enim ille † proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens verita-
tem, palàm pro veritate mendacium loquitur: ſed etiam ille, qui
nō liberè veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit. c.

nolite

38 noli te timere. xj. q. 3. Nec propter perſecutionem † futuram debent Doctores abſtinere ab enunciatione veritatis. c. ſi rector. & c. ſcimus. Diſ. 43. tradit Catald. de Boncomp. in Tract. de Poteſta
39 te Papæ. ſub nu. 1. & 2. & de veritate † pro viribus defendenda congerit multa Neuiza. in Sylua nupt. lib. 5. nu. 112. vſq; ad nu. 119. & conſ. 34. nu. 6. 7. 8. Iacob. Philip. Port. conſ. 162. nu. 58. Dec. conſ. 151. in princ. Soc. Iun. conſ. 76. nu. 1. & cõſ. 127. nu. 1. lib. j. conſ. 41. nu. 1. 2. 3. & conſ. 134. nu. 1. 2. lib. 3. conſ. 16. nu. 1. lib. 4.

SED antequàm ad vlteriora progrediamur, paucis hoc loco admonendum eſſe duximus, controuerſiam ſuper memoratis D. Celſi teſtamentis verti ſolummodo inter D. Martham filiam, & D. Deodatam neptem ipſius teſtatoris. Nam ſublato iam de medio per mortem D. Proſpero teſtatoris fratre, in priori teſta-
40 mento hærede primo loco ſcripto, Clariſſ. † I. C. D. Hieronymus Zobolus alter teſtatoris frater ſuperſtes, & ipſe in priori teſtamento hæres primo loco cum dicto fratre ſcriptus, poſtquàm ex teſtamenti ſchedula manu fratris ſcripta, iunctis aſſertionibus teſtium cognouit, atq; perſpexit mutatam ipſius fratris voluntatẽ fuiſſe ab illa, quam in priori teſtamento expreſſerat, ductus conſcientia, religione, pietate, & ſanctitate; quibus virtutibus inter omnes clarus, conſpicuus, & illuſtris efficitur, hæreditati fraternæ renunciauit coram Mag. & Clariſſ. D. Prætore Regij ad fauorem, & in gratiam vel filiæ, vel neptis, prout iuſtitia, & æquitas dictabit ipſam hæreditatem vel ad vnam, vel ad alteram pertinere. Nouit enim optimè vir prudentiſſimus, religioſiſſimus, &
41 ſapientia, pietate, ſanctitateq; inſignis Vltimam † voluntatem, licet minus ſolennem, arctare in foro conſcientiæ, Poli, & veritatis; atq; impugnantem teſtamentum prætextu defectus numeri teſtium, vel alterius ſolennitatis peccare mortaliter, vt tradit Abb. in Rep. c. cum eſſes. col. 2. vlt. not. vbi Barba. & Anani. de teſtam. Ant. Rub. conſ. 107. Neuiza. conſ. 26. nu. 13. Iac. Philp. Port. conſ. 12. nu. 14. Corn. conſ. 10. nu. 1. lib. j. Vbi atteſtatur
* hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam. Quod fatetur etiam Didac. Couar. in d. c. cum eſſes. ante nu. 6. de teſtamen. quàmuis ipſe ingenij oſtendendi gratia contrariam opinionem defendere conetur. Quæ communis opinio præſertim, & abſq;
42 † dubio locum ſibi vendicat, quando impugnans teſtamentum certus eſt de voluntate defuncti: vt amplexata communi Docto-

rum

rum opinione, & ipſo Didac. Couar. reprobato, cenſuit Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 1. nu. 23. 24. &. §. 2. nu. 9. & in Tract. de ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 30. 31. Palam eſt autem à
43 communi † opinione in deciſiuis non eſſe recedendum. l. athletas ff. de his, qui not. in fa. l. 1. ff. de offi. quæſtor. c. ne innitaris. vbi ſcribentes omnes. de conſtit. tradit Bar. Bal. Ang in. l fin. C. de pœna iudi. qui malè iudic. Alex. conſ. 95. nu. 6. lib. 2. Corn. conſ. 186. ſub nu. 2. lib. 3. Barba. conſ. 19. ſub nu. 10. lib. 2. Crott. cōſ. 4. nu. 2. Sylua. conſ. 3. nu. 52. Soc. Iun. conſ. 95. nu. 37. lib. j. & conſ. 189. nu. 74. 75. lib. 2. Dec. conſ. 441. nu. 14. Matthe. de Matthe. in Tract. de elect. opini. ante nu. 3. Pet. Lenaud. in Tract. de Priuil. Doctor. in 2. par. §. 24. Catel. Cott. in Memoral. in ver. opinio communis. 1. Iuris conſultiſ. D. Pet. Ioan. Ancha. Regiē. Famil. Quæſt. lib. 1. q. 6. nu. 8. Rolan. à Val. cōſ. 60. nu. 38. 39. 40. lib. j. Ioan. de Amic. conſ. 78. nu. 10. Lancil. Conrad. de offi. Prӕt. Rub. de ſententijs nu. 21. cum ſeq. Neuiza. in Sylua nupt. lib. 5. vbi latiſſimè. Ioan. Nic. Arelet. in Annot. ad Alciat. in Tract. de Præſumpt. Reg. 1. Præſumpt. 51. ſub lit. A. Et hæc ipſa, de qua agitur, communis opinio tantò magis eſt amplectenda, quantò
44 magis pro † ſalute animæ tutior eſſe deprehenditur. c. conſilium. de obſerua. ieiun. c. iuuenis. vbi not. Abb. de ſponſal. c. ad audientiam. vbi pariter Abb. aduertit. de homicid. c. nullus de pœniten. Diſ. 7. tradit Ange. de Aret. in Tract. de teſtamen. gloſ. 164. nu. 8. Afflic. Deciſ. 230. ſub nu. 4. Bertrand. conſ. 149. nu. 6. 7. vol. 2. par. j. Sylua. conſ. 10. nu. 36. Iac. Philip. Port. cōſ. 7. nu. 35. & cōſ. 58. nu. 7. Natt. conſ. 136. nu. 10.
45 AGITVR ergo de teſtamento † patris inter liberos (vt ad cauſam deſcendamus) quòd diſpoſitio generica, innominata, rudis, informis, effrena, liberaq; eſſe cenſetur ab omnibus iuris ciuilis, & poſitiui ſolennitatibus, nihil aliud requirens ad ſui creationē, & firmitatem, quàm legitimam voluntatis paternæ probationem à primæuo iuregentium, vel potius ab Euangelica lege expetitam, qua in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. c. cum eſſes. & c. relatum. de teſtamen. Hanc noſtram, vel magis, & verius, vniuerſæ iuris prudentiæ propoſitionem probat tex. in l. fin. C. famil. hercif. quo alter melior in toto iure non reperitur. teſte Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in ver. Teſtamentum. I. ſub nu. 72. de teſtamen. & tex. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto C. de teſtam, qui eſt clauis in hac materia: vt dixit Iul. Clar. in §. teſta-

teſtamentum, q. 8. lib. 3. ſenten. recept. & tex. in Auth. de teſtam. imperf. qui poſtremus à Iuſtin. Imper. emanauit, & quo plenius hæc ipſa teſtamenti ſpecies exprimitur, ac traditur: vt inquit Natt. in d. §. ex imperfecto. in. 4. præmiſſo. ſub nu. 29. Ex iſtis e-
46 nim tribus citatis iuribus manifeſtè patet omnem † iuris ciuilis, & poſitiui ſolennitatem, quod pertinet ad ipſum patris teſtamẽtum inter liberos, remiſſam, reſecatamq́, & reiectam fuiſſe à Legiſlatoribus: & nihil aliud leges expoſtulare in hac ipſa teſtamẽti ſpecie, quàm quòd legitimo quouis modo, iuxta puros, & ſimplices iuris naturalis terminos, voluntas patris eluceat. Hoc ipſum tradunt Bar. Bal. Alber. Saly. Angel. Pau. Caſ. Alex. Corn. Iaſ. Riminal. Natt. Curt. & deniq; Doct. omnes in d. §. ex imperfecto. Alex. conſ. 104. nu. 4. 5. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 144. nu. 31. 32. lib. 2. Natt. conſ. 423. nu. 1. 2. 3. 4. Augu. Berous q. 36. nu. 4. 5. Iul. Clar. in d. §. teſtamentum. q. 8. Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. xj. nu. 44. verſ. ſic ergo. & nu. 45. 46. &. §. 21. nũ. 72. 73. 74. cum ſeq. vſq; ad nu. 82. & in Tract. de ſucceſ. reſolut. §. 1. nu. 35. 36. 37. 38. Iac. Philip. Port. conſ. 12. nu. 8. 9. 10. 11. 12. Apud quos innumeri Doctores alij concluſionem hanc veram, & communem amplectentes, & ipſam veram, & * communem eſſe atteſtantes, & aſſeuerantes videri poſſunt. Multaq; priuilegia teſtamenti huius informis inter liberos à commemoratis Doctoribus recenſentur, quę teſtamento formali minimè competunt, de quibus infrà locis ſuis opportunè verba faciemus.

47 Quæ verò ſit ratio, † quare leges tantis fauoribus teſtamentũ patris inter liberos proſequantur, varij varia tradiderunt: quorũ omnium recenſuit opiniones Natt. in d. §. ex imperfecto. in. 5. præmiſſo. ſub nu. 30. & illis omnibus reiectis, atq; optimis rationibus confutatis, hanc ipſe aſſignat veriſſimam, concludentiſſimamq́; rationem. Nempè, quòd ratio. §. ex imperfecto. (vt verbis eius vtar formalibus) ſit fundata in quadam reuerentia debita à liberis parentibus, propter quam noluit Legiſlator, quòd liberi reſcinderent paternum iudicium in eo, quod ad ipſos pertinet liberos: ſed qualecunq; eſſet, illud amplecterentur: Noluit enim Lex ſe mediam facere inter tam coniunctas perſonas cum illa rigoroſa ſolennitate teſtamentorum: ſed rectè habere viſum eſt, ſi inter eas ex mera iuriſgentium æquitate ageretur. Hactenus Natt. in d. §. ex imperfecto. in. 5. præmiſſo. nu. 31. 32. vbi probat optimè hanc eſſe veram, & germanam illius diſpoſitionis ratio-

nem

nem,concludens non fauore liberorum, ſed parentum tot,ac tanta priuilegia huic patris teſtamento inter liberos à Legislatoribus fuiſſe conceſſa. quod probat etiam ipſe Natt.conſ.423.nu 12.& conſ.662.nu.4.5.6.7.

Hoc autem teſtamentum patris inter liberos informe,& minus ſolenne, quod validum eſt de iure ſpeciali, & propriè † teſtamentum eſſe cenſetur, adeò vt, ipſo condito, liberi ex teſtamento ſuccedere dicantur, non ſecus, atq; ex teſtamento formali, & omnibus numeris perfecto ſuccedatur, iux. * communem Doctorum ſententiam,de qua poſt alios teſtis eſt certiſſimus Fernan. Vaſqui.in Tract. de ſucceſ. creat.§.21. nu. 47.48.49. & ſub nu. 61.verſ.deniq;. & ſub nu. 73. vbi conteſtes commemorat: licet aliquibus non contineatur, ac moderetur iuris ciuilis, & poſitiui habenis: ſed ſolutum, effrenum, ac liberum diſcurrat per latiſſimum iuris naturalis campum, nihil aliud requirens, quàm purã, & ſimplicem patris voluntatem: Diuiditur † tamen in teſtamẽtum in ſcriptis, & nuncupatiuè cõdicum, ad exemplum teſtamẽti, quod validũ eſt ſecundũ normas iuris communis: & vnaqueq; teſtamenti huius paterni ſpecies intra ſuos cancellos continetur, ſuaſq; proprias expoſtulat probationes, vel demonſtrationes.

48

*

49

50 Teſtamentum † enim patris inter liberos in ſcriptis rectè conditur ſecundũ formam Auth. Si modo.C.famil. herciſ. & Auth. Quod ſinè.C.de teſtamen. quæ Authenticæ per ſituationem, licet ſint ſeparatæ: adeò tamen conueniunt,& (vt ita dicam) fraternizant, vt vna ſinè altera rectè intelligi non poſſit. Nam Auth.
51 Quod ſinè. † pendet ab Auth.Si modo.vt aduertunt ibi Gloſſ.&
52 Doct. Quando enim reperitur † ſchedula, in qua per literarum conſequentiam diſpoſitionis tempus, liberorum nomen, & vnciarum numerus declaratur: tunc ſi tota ſcriptura manu propria ipſius patris fuerit ſcripta, nulla vel patris, vel liberorum ſubſcriptio deſideratur, ſed talis ſcriptura valet inter liberos tanquàm teſtamentum in ſcriptis de iure ſpeciali. Si verò tota ſcriptura manu propria patris ſcripta non fuerit: tunc vel patris, vel liberorum ſubſcriptio requiritur, & talis quoq; ſcriptura valet inter liberos tanquàm teſtamentum in ſcriptis de iure ſpeciali. Atq; in vno, & altero caſu teſtes aliqui minimè ſunt neceſſarij: Reſpectu, ſcilicet, filiorum. Sed ſi in huiuſmodi ſcriptura eſſent aliqua relicta etiam Pia, quæ perſonam filiorum non reſpicerent: tunc ad hoc vt talia legata valeant, neceſſariò requiruntur duo teſtes.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Hæc probantur in d. Auth. Quod ſinè. iuncta d. Auth. Si modo.
53 quæ ſimul † legi debent: vt poſt alios aduertit Iaſ. in d. Auth.
54 Quod ſinè. in princ. Et prædictæ concluſiones † ſunt cōmunes: vt patet ex Bar. Alber. Bal. Angel. Pau. Caſt. Alex. Iaſ. Natt. & deniq; ex omnibus ſcribentibus in d. Auth. Quod ſinè. Vbi dictarū Authenticarum materiam totam ad recitatas concluſiones perſtringunt. Et ipſas Authenticas hoc modo etiam declarat Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in verſ. Teſtamentum. I. nu. 87. de teſtamen. & Iul. Clar. in. §. teſtamentum. q. 14. vbi teſtatur hanc eſſe
* * communem intelligentiam: & appellat d. Auth. Quod ſinè. cōſtitutionem mirabilem in hac materia teſtamenti inter liberos
55 conditi. Quam procedere † duntaxat in teſtamento in ſcriptis,
* non autem in teſtamento nuncupatiuo ſecundum * communem Doctorum ſententiam inquit Corn. conſ. 118. in fin. & cōſ. 307. nu. 17. lib. 3. & in d. Auth. Quod ſinè. ſub nu. 1.

56 Hæc autem ſchedula † ſic, vt ſupra, facta valet tanquàm teſtamentum in ſcriptis de iure ſpeciali inter liberos, licet non fuerit per teſtatorem, aut notarium lecta, & publicata: quia tale teſtamentum cenſetur perfectum ratione voluntatis, quæ ſola inter liberos attenditur, quàmuis ſit imperfectum ratione ſolennitatis, quæ inter ipſos liberos non curatur: vt tradit Bar. in d. l. ſi is qui.
* aliàs, ſi quis cum. nu. 4. ff. de teſtamen. cuius ſententia * communi calculo fuit à Doctoribus recepta: vt atteſtantur Alex. conſ. 105. in fin. lib. 7. Cephal. conſ. 99. nu. 2. 3. 4. Natt. poſt alios in d. Auth. Quod ſinè. q. j. Fernād. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 46. Didac Couar. in c. relatum. I. nu. 12. de teſtamen. Apud quos innumeri alij Doct. hoc ipſum aſſeuerantes conſpiciuntur.

57 Quomodo verò probandum † ſit talem ſchedulam manu pa-
58 tris ſcriptam fuiſſe, latè reſoluit Natt. in d. Auth. Quod ſinè. vbi
59 vel per † aduerſæ partis confeſſionem: vt q. 4. vel per † duos te-
60 ſtes: vt q. 7. vel per † comparationem literarum: vt q. 8. hanc perfici probationem tradit. Qua de re infrà latè verba faciemus. nu. 83. cum mul. ſeq.

61 Testamentvm igitur patris inter liberos † ſicuti valet in ſcriptis, licet ſit imperfectum ratione ſolennitatis, vt diximus: Ita
62 etiam † valet ſi nuncupatiuè conditum fuerit: cùm * receptiſſima
* ſit Doctorum concluſio diſpoſitionem. §. ex imperfecto. generaliter procedere tam in teſtamento nuncupatiuo, quàm in ſcriptis confecto: vt aſſerunt Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 37. Corn. conſ.

* conſ. 118. in fin. lib. 3. vbi etiam ſubdit, * quòd ita ſeruatur in practica. Alex. d. conſ. 105. nu. 4. lib. 7. Boër. Deciſ. 240. ſub nu. 1. Iul. Clar. in. §. teſtamentum. q. xj. Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 44. Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in ver. Teſtamentum. I. ſub nu. 75.

Vndè ſi pater voluntatem ſuam in filios exprimat coram duobus teſtibus: & illis quidem etiam fœminis: immò nec rogatis, ſed fortuitò oblatis, talis voluntas valebit vt teſtamentum nuncupatiuum de iure ſpeciali inter liberos. Tres enim hac in re cir-
63 cunferuntur probatiſſimæ Doctorum concluſiones. Prima, † quòd teſtamentum valet inter liberos à patre factum coram duo-
64 bus teſtibus. Secunda, † quòd valet etiam ſi teſtes fœminæ ſint.
65 Tertia, † quòd adhuc valet etiam ſi teſtes non ſint rogati, ſed for
* tuiti. Tres iſtas concluſiones * communiter à Doctoribus fuiſſe receptas atteſtantur Grat. Reſp. 90. nu. 3. lib. 2. Didac. Couar. in d. c. relatum. I. nu. 4. 5. de teſtam en. Iul. Clar. in d. § teſtamentũ. q. 8. verſ. Hinc infertur. & ſeq. Fernãd. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 58. 59. 60. Franc. Viuius Com. opi. lib. j. Opi. 343. verſ. Interpretatur quoq;. & opi. 382. verſ. Quarto limitatur. & latè probat Natt. in d. § ex imperfecto q. 29. & q. 30. & q. 31.

66 Sed quod dictum † eſt de duobus teſtibus procedit quando agitur de probando teſtamento patris per ſolos teſtes: tunc enim probari non poteſt tale teſtamentum minori numero duorum teſtium, quia hoc idem ius gentium requirit. l. vbi numerus. ff. de te-
67 ſtib. c. in omni negotio. eod. tit. Quod verò pertinet † ad validitatem, & eſſentiam teſtamenti paterni, vtiq; teſtium aliquorum interuentus non eſt neceſſarius: immò teſtamentum ipſum valebit ſinè vllo prorſus teſte, ſi alio quouis legitimo modo probetur, ex quo in tali teſtamento remiſſa fuit omnis ſolennitas, vt ſupra dixi nu. 45. 46. & res tota redacta eſt ad puros terminos iuris gentium, quo iure valet teſtamentum ſinè vllo teſte. Ita not. declarat Corn. d. conſ. 118 & conſ. 307. nu. 6. 7. lib. 3. & in d. §. ex imperfecto. nu. 2. cui ſubſcribit eodem loco Natt. q. 29. nu. 151. 152. 153. Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 24. nu. 15. vſq; ad nu. 22. inferens ex teſtamento militis ad teſtamentum patris, à quo rectè ſumitur argumentum: vt demonſtrabimus infrà nu. 648. vſq; ad nu. 657.

Modus autem probandi teſtamentum patris inter liberos ali-
68 ter, quàm per duos teſtes, erit legitimus, ſi aduerſarius † confi-

teatur teſtamentum, hoc eſt, voluntatem patris inter liberos: Sed dicat teſtamentum non tenere ob defectum teſtium: nam ſuccũbet ipſe, & liberi obtinebunt: vt inquit Corn. d. conſ. 118. ſub nu. 7. & d. conſ. 307. nu. 7. lib. 3. & Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 29. ſub nu. 151. & ſub nu. 153. Quod ante omnes dixit Iacob. de Beluiſ. in Auth. de teſtamen. imperf. verſ. Et not. quod talis diſpo.

69 Alter erit modus ſatis concludens, ſi cum vno teſte † tantum concurrat aliqua coniectura voluntatis paternæ, puta, Epiſtola patris, vel aliud inditium: iux. tex. in d. l. fin. vbi Doct. C. famil. herciſ. tradit Iac. Philip. Port. d. conſ. 12. nu. 11.

Et deniq; modus erit ſatis, ſuperq; legitimus, & concludens ad probandam patris voluntatem inter liberos, ſi per quæcunq;
70 † verba, & indicia de voluntate ipſius patris appareat: vt inquit Bal. conſ. 178. Quando ſapiens conſulit. in princ. lib. 4. Pau. Caſt. conſ. 371. Viſis omnibus punctis. poſt princ. & conſ. 451. Viſis, & examinatis atteſtationibus. col. 2. verſ. præterea cum quis teſtatur. lib. j. ſeu (vt dicunt) in Antiquis. Soc. Iun. conſ. 144. nu. 35 lib. 2. Boër. d. Deciſ. 240. ſub nu. 6. per tex. in d. l. fin. C. famil. herciſ. quo alterum meliorem in toto iure non reperiri meritò dixit Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in ver. Teſtamentũ I. ſub nu. 72. de teſtamen. & quem in hoc propoſito diligenter expendit Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. reſolut. §. j. nu. 35. 36. 37. 38.

Reperitvr tamen (*Huc geminas nunc flecte acies*: vt verbis vtamur Virg. Aeneid. lib. 6.) quædam paterni teſtamenti ſpecies, quæ de teſtamento in ſcriptis, & de teſtamento nuncupatiuo participare videtur. Nempè, ſi pater † dixerit coram duobus teſtibus ſe dimiſiſſe ſcripturam, ſeu ſchedulam ſua manu ſcriptam penes talem, puta Sacriſtam, vel Guardianum S. Franciſci, vel aliam certam perſonam, in qua continetur eius teſtamentum, vel ſe teſtari prout in ea, vel illam eſſe ſuum teſtamentum, vel ſimilia verba: Dubitatum quandoq; fuit à Doctoribus, ſi poſt mortem teſtatoris proferatur ſchedula per deſignatam ab ipſo teſtarorè perſonam, in qua pater ipſe diſponat inter liberos, an huiuſmodi diſpoſitio, & voluntas ſuſtineatur in vim teſtamenti, & cuius teſtamenti nomen obtineat: & quomodo probetur illam eſſe ſchèdulam, de qua teſtator ſenſerit. Qua in re, vt concluſiuè breuitatis gratia procedamus, & quidem per communes Doctorũ opi-
72 niones, quibus paſſim innitimur: Dico non eſſe dubitandum † de viribus talis diſpoſitionis, non ſolum quo ad legata, ſed etiam quo ad

quo ad inſtitutionem hæredis: & illam ſortiri nomen, & effectũ teſtamenti nuncupatiui, ſcilicet, nuncupatione implicita, hoc eſt, per relationem ad ſchedulam, quod ſufficit, dummodo conſtet, quòd ipſa ſchedula ſit ſcripta manu teſtatoris. Ita pulcherrimè cenſuit Bar. in l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demon. Et quia in-
73 tegrum † eſt iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur. c. extra conſcientiam. Diſ. 64. tradit in propoſito Ioan. de Zan. conſ. 51. ſub nu. 1. inter conſ. Alex. lib. 4. Boër. conſ. 17. ſub nu.
74 2. placet plurimos citare celeberrimos Doctores, qui vexilliferi † Bartoli iuſtiſſimas partes ſequuntur, veluti qui vt optimus Dux à Doctoribus ſequi ſoleat: vt inquit Curt. Iun. conſ. 12. ſub nu. 6. De quo propterea nõ minus verè, quàm eleganter Matth. Gribal. in Tract. De ratione ſtudendi. in Catalogo aliquorum interpretũ iuris ciuilis, carmine ſuo ſic loquitur.

*Militiæ vexilla ſacræ fert Bartolus, errat*
*Qui ſibi vult alium præpoſuiſſe ducem.*

Et de quo honorificentiſſimè etiam loquitur plurima in ipſius laudem congerens Neuiza. in Sylua nupt. lib. 5. ſub. nu. 25. verſ. Et
75 nunc veniendo ad Legiſtas. Ipſum igitur Bar. ſequitur † Bal. Imol. Cuma. & Soc. in d. l. ſi ita ſcripſero. Licet Pau. Caſt. ibi dubitet de opinione Bartoli: de qua tamen ipſe Paulus non dubitauit, ſed illam conſtantiſſimè amplexus eſt, ac tenuit in l. hæredes palam. in princ. ſub nu. 2. ff. de teſtamẽ. & in l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. nu. 3. C. eod. tit. & in l. vbi autem. §. ſed qui vinum. nu. 2. ff. de verb. oblig. & conſ. 93. viſo dicto teſtamẽto. col. 2. verſ. Secundo principaliter. lib. j. vel (vt aiunt) in Antiquis. & cõſ. 413. viſo, & examinato ſupraſcripto puncto. col. fin. verſ. Secundo poteſt defendi lib. 2. vel (vt appellant) in Nouiſ. prout & illam ipſam Bartoli concluſionem amplectitur Alex. in d. §. Sed qui vinum. Expedito cum. §. illud. nu. 3. & conſ. 176. nu. 9. 7. 8. lib. 5. & conſ. 239. nu. 1. lib. 6. & cõſ 4. nu. 6. 7. lib. 7. Bal. & Angel. in l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. & ipſe Bal. in l. captatorias. q. 5. ſub nu. 10. C. de teſtamen. milit. & conſ. 169. Quòd cedula debeat releuari. ad fin. verſ. Nec omitto, quòd teſtes referentes ſe ad cedulam. lib. 2. Soc. Sen. conſ. 142. nu. 6. lib. j. quod eſt repetitũ conſ. 173. nu. 7. lib. 2. Ant. Rub conſ. 14. nu. 7. Gozad. conſ. 3. ſub nu. 11. vſq; ab nu. 17 Riminal. conſ. 254. nu. 5. cum ſeq. Bertrand. cõſ. 98. nu. 2. 3. vol. j. par. j. Afflict. Deciſ. 147. ante, & poſt nu. 7. Et vt aliquos etiam
76 ex his referamus, qui Bartoli opinionem communem † eſſe dicunt-

* cunt illam ipſum * communiter eſſe receptam atteſtantur omnes iſti: nempe Crott in l. 1.§. ſi quis ita. ſub nu. 4. in. 2. lect. ff. de ver. oblig. Boër. d. Deciſ. 240. ſub nu. 5. verſ. & ſic implicitè. Iul. Clar. in. § teſtamentū. q. 4. verſ. ſed pone. & q. 36. verſ. ſed quid ſi teſtator. Natt. in d. Auth. Quod ſinè. q. 10. & q. 11. Iac. Philip. Por. Concl. Reg. & Com. opi. lib. j. Concl. & Reg. 20. Didac. Couar in c. cū tibi. nu. 5. de teſtam. Fernād. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. xj. ſub nu. 16. verſ. retenta noſtra. & verſ. idem ſi dixi. & nu. 19.

Nec huic veræ, & communi Doctorum ſententiæ refragatur
77 † Ruin. conſ. 10. lib. 3. quia in caſu ſuo non apparebat de identitate ſcripturæ, ad quam teſtator ſe retuliſſe dicebatur: ex eo quòd proponitur ibi teſtatorem ſe retuliſſe ad ſcripturam alterius manu factam die præcedenti coram Andrea. &c. & tamen illa qualitas, quod heri fuerit ordinata coram Andrea, non probabatur, vt oportebat, ſecundum Ruin. ibi nu. 8. 9. 10. Qui apertiſſimè ſentit pro ſententia Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. & communi: cùm eodem loco ante nu. 7. reſpondendo ad ipſam Bartoli communem doctrinam, inquit illam procedere ex eo, quòd per comparationem literarum conſtaret de ſcriptura, ad quam teſtator ſe retulit: qua
78 de re verba proximè faciemus: Vt præterea quòd in caſu † Ruini teſtator loquelam, & ſenſum iam amiſerat: quàmuis adhibitis ſtrictorijs ad manus, & ad pedes eius, atq; alijs artifitijs extractū fuerit ſimplex verbum (Sic) ad interrogationem Notarij exclamantis, an vellet confirmare, & ratum habere id, quod heri fuerat ſcriptum, & ordinatum in præſentia Andreæ. quod verbum
79 † (Sic) adhibita vi extortum ab homine ſemimortuo, quin & mortuo ſimili, non poteſt inducere diſpoſitionem: vt ibi per ipſum Ruin. ſub nu. 10. verſ. ſecundo. Quod latius firmat ipſe Ruin. conſ. 8. eod. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 183. lib. 2. Aymon Crauet. conſ.
* 117. Fernand Vaſqui. pleroſq; referens, & communiter * receptum eſſe aſſeuerans Controuer. Illuſt. aliarumq; vſu frequent. lib. 3. cap. 101. nu 4. 5. Qua in re pulchram Diſtinctionē ab hac ipſa communi concluſione minimè diſcrepantem tradidit Roma. cōſ.
* 306. nu. 6. 7. quam crebriore calculo * comprobatam fuiſſe teſtatur ibi Apoſtil.

Postqvam igitur & de validitate, & de nomine, & de effectu memoratæ diſpoſitionis ex communi Doctorum ſententia edocti ſumus, Reliquum eſt ad fidem noſtram liberandam, vt quomodo probetur teſtatoris manus, & ſchedulæ identitas diſpiciamus.

80 ciamus. Et quidem per aduerſantium † confeſſionem hanc ipſam
perfici probationem non ambigitur: vt tradit Barba.cõſ.58.col.
fin.verſ.Nec obſtat.lib.4. Gozad.d.conſ.3.nu.17. Riminal.conſ.
329.nu.12.vſq; ad nu.17. Natt.in d.Auth.Quod ſinè.q.4. Sed
ſi ex aduerſo negetur ſchedulam eſſe manu patris ſcriptam (quod
81 tamen ſinè † calumnia vix negari poteſt: vt inquit ipſe Natt. in d.
Auth. Quod ſinè.q.3.) tunc ad probationem confugiendum eſt.
82 Qua in re (vt omittamus probationem † ex teſtibus deſcenden-
tem, de qua Natt.in d.Auth.Quod ſinè.q.6. & q.7. cùm de hac
ipſa probationis ſpecie in præſenti cauſa non agatur: & ad alterã
probationis ſpeciem deſcendamus, quæ ex literarum oritur com-
83 paratione, & ad cauſam noſtram pertinet) Dico ſchedulam † ſa-
tis, ſuperq; iuſtificari ex legitima literarum comparatione, vel
alijs legitimis indicijs: vt inquit Bar.in d.l.ſi ita ſcripſero.ff.de cõ-
di.& demon. cuius ſententiæ communiter ibi Doctores ſubſcri-
84 bunt. Et quàmuis Alex.conſ.76.lib.3.non admittat † in caſu il-
lo iuſtificationem ſchedulæ per literarum comparationem, illud
tamen ex eo contingit, quia ſchedula ipſa non fuerat per teſtatorẽ
in aliquo actu comprobata: quia, ſcilicet, non dixerat teſtator
ipſam ſchedulam eſſe manu ſua ſcriptam. Quòd ſi per confeſſionẽ
85 † teſtatoris ſcriptura ſemel fuerit approbata, vt quia dixerit corã
teſtibus, *Scriptura, quam manu mea ſcriptam reliqui penes Titium,
eſt meum teſtamentũ.* Vel, *Volo quòd illa ſcriptura ſit meũ teſtamen-
tũ.* Vel, *Diſpono eam ſcripturam eſſe meum teſtamentum,* Vel ſimilia
verba protulerit, quibus approbet ſcripturam apud Titium exi-
ſtentem: tunc ſinè controuerſia concedit Alex. locum eſſe com-
parationi literarum: vt apertè perſpicitur ex dictis per eum d.
conſ.76.nu.5.6.7. cùm ipſe hoc modo reſpondet ad doctrinam
Bar.in d.l.ſi ita ſcripſero. qui hoc ipſum expreſsè ibi voluit, quæ
doctrina ſibi negotium faciebat, & quam in hoc caſu ſequitur ipſe
86 Alex. Et quòd locus ſit † comparationi literarũ quando ſchedula
fuit per confeſſionẽ teſtatoris modo, quo diximus, comprobata,
firmat intrepidè Alex.conſ.239.nu.1.2.& ſeq,lib.6. Riminal.d.
conſ.254.nu.10. Gozad.d. conſ.3.nu,11. vſq; ad nu.17. Ruin.
conſ.10.ante nu.7.verſ.Et per hæc reſpondetur. & conſ.11.nu.
7.lib.3.Natt. in d.Auth. Quod ſinè.q.10.nu.24. qui quidem o-
mnes æquo animo in hoc caſu ſequuntur doctrinam illam Bar.in
87 d.l.ſi ita ſcripſero. Sed quod magis † eſt, locũ eſſe comparationi
literarum, quàmuis ſchedula non fuerit per confeſſionem teſtato-
ris approbata

ris approbata, firmauit Barba.d.conſ.58.col.fin.verſ.Nec obſtat
lib.4. & notabilius ipſe Alex.conſ.114. viſa ſcriptura teſtamenti.
lib.7.vbi loquitur in terminis (vt aiunt) terminantibus. & ibi ſub
* nu.5.atteſtatur hanc eſſe * communem opinionem. Atq; ibidem
nu.8.dicit non obſtare, quòd aliàs ipſemet Alex.in aduerſum cõ-
ſuluit, nempè, d.conſ.76.lib.3. Vt ibi aduertit Apoſtil. Et hanc ip-
* ſam dicit eſſe * communem opinionem Natt.in d.Auth.Quod ſi-
88 nè.q.8. Immò, quod adhuc † magis eſt, per ſolam aſſertionem te-
ſtatoris dicentis, ſchedulam penes aliquem dimiſſam eſſe manu ſua
ſcriptam, ſufficienter probatum eſſe videtur abſq; aliqua literarum
comparatione, illam ipſam ſcripturam eſſe manu teſtatoris confe-
89 ctam: vt inquit Alex.d.conſ.176.nu.3.lib.5. Quod tamen † verũ
eſt, quando teſtator non expreſſit illam ſchedulam eſſe manu ſua
ſcriptam: ſed ſimpliciter dixit ſe dimiſiſſe ſchedulam ſui teſtamen-
ti penes Titium: tunc enim ſufficit ipſum Titium exhibere ſche-
dulam, & iureiurando affirmare eſſe illam, de qua teſtator loqu-
tus fuit. Quòd ſi teſtator aſſerat ſchedulam eſſe manu ſua ſcriptã:
tunc ad qualitatem hanc probandam comparatio literarum neceſ-
ſaria cenſetur. Ita declarat Pau.Caſt.in d.l.hæredes palã. in princ.
nu.3.& in d.§,per nuncupationem.ſub nu.3. Qua in opinione re-
ſidet Natt in d.Auth.Quod ſinè.q.11.ſub.nu.27.verſ. ſufficit au-
90 tem. Summa † igitur rerum hæc eſt, quòd ſecundum * commu-
* nem Doctorum opinionem ſchedula probatur per legitimam li-
91 terarum comparationem. Quod abſq; † vllo prorſus dubio pro-
cedit, cùm ſchedula ipſa fuit per confeſſionem teſtatoris, prout
92 diximus, approbata. Neq; tunc de identitate † ſchedulæ aliqua
oriri debet ſuſpicio, poſtquàm teſtamentorum pluralitas nõ præ-
ſumitur: vt in ſpecie, de qua agitur, dixit Alex.conſ.4.nu.12.lib.
7. Corn. conſ.307.ante nu.8. lib.2. Paris.conſ.33.nu.42. lib.2.
Natt.in d. Auth.Quod ſinè.q.10.ſub.nu. 24.verſ. & ſi diceretur.
Guliel.Benedict.in c. Raynutius.in verſ.Teſtamentum.2. nu.2.3.
Aymon Crauet. Reſp.j. Pro Genero. ſub nu.323. verſ. Ad hæc.
Neuiza. conſ.24. nu.14. Riminal.d. conſ. 254.nu.9.10.11.12.
93 Vbi cumulando † aſſertionem teſtatoris dicentis ſe dimiſiſſe ſche-
dulam ſui teſtamenti penes Titium, per quam fides illius cenſetur
94 approbata: & legitimã literarũ comparationẽ, vel alia † legitima
indicia, quę ſecundũ omnes citatos Doctores pòſt Bar.in d.l.ſi ita
ſcripſero, æquiualent· necnon aſſertionẽ Titij cum eius ſacramento
concludit pleniſſimam, & huberrimã cõfici ſchedulæ probationẽ.
ISTI'S

Istis ergo ſic præfatis, quæ ſolida, marmorea, quadrata, & inconcuſſa cauſæ noſtræ iaciunt fundamenta, vt aliquas ex recitatis communibus Doctorum opinionibus ad caſum noſtrum ap-
95 plicare iam incipiamus: Dico diſpoſitionem † D. Celſi tanquam teſtamentum nuncupatiuum, non quidem nuncupatione explicita, ſed nuncupatione implicita per relationem ad ſchedulam manu eius ſcriptam, & ad Generum tranſmiſſam, inter liberos de iure ſpeciali obtinere debere: Quia ex verbis ab ipſo D. Celſo deliberata mente teſtandi prolatis coram tribus teſtibus ipſum teſtatorē videntibus, & audientibus, ac ſimul, continueq; eius ſermoni ar-
96 rectis auribus aſtantibus; qui numerus † in teſtamento patris inter liberos non ſolùm ſufficit, ſed abundat, cùm duo ſufficiant,
* etiam fœminæ, & fortuiti, ſecundum * communem opinionem, de qua ſupra nu. 63. 64. 65. apertiſſimè conſtat ipſum voluiſſe, ac diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum miſſam fore, & eſſe ſuum teſtamentum, ſuamq; vltimam voluntatem. In hunc enim rei geſtæ finem conueniunt, & concordant omnes teſtes ſuper ipſa teſtatoris voluntate, ac diſpoſitione recepti, ſi rectè, vt decet, ac leges expoſtulant, eorum dicta
97 perſtringantur, & ad rei ipſius ſubſtantiam † magis, quàm ad verborum ſuperficiem motus animi iudicium proferentis dirigatur: iux. tex. in l. qui ſententiam. C. de pœnis. qui ad hoc eſt aureus, & ſingul. ſecundum Catel. Cott. in Memoral. in ver. teſtes concordantes. & in c. nihil obſtat. de verb. ſign. Qua de re infrà nu. 958. vſq;
98 ad nu. 1052. latè tractabimus. Et hæc ipſa teſtamenti † ſpecies per D. Celſum obſeruata in omnibus conuenit cum illa, quam tradit Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. cuius ſententiam ſequuti ſunt Bal. Ange. Imol. Cuma. Pau. Caſt. Alex. Soc. Ant. Rub. Gozad. Riminal. Bertrand. Afflict. Crot. Ruin. Boër. Natt. Iul. Clar. Iac. Philip. Port. Didac. Conar. Fernand. Vaſqui. in locis ſupra citatis nu. 71. vſq; ad
* nu. 80. vbi Bartoli ſententiam probauimus eſſe * receptiſſimam.
99 Quare ſupereſt † vt dicta ipſorum teſtium ſupradictam teſtatoris voluntatem, ac diſpoſitionem firmantium breuiter perſtringamus (alia enim ipſorum teſtium dicta, quæ ad memoratam voluntatē, ac diſpoſitionem magis, magiſq; clarificandam pertinent, opportunè infrà locis ſuis, prout occaſio ſe ſe offeret, recitabimus. Et hoc breuitatis gratia, cui quoad magis fieri poteſt, inſeruire volumus) & probemus ex verbis ipſius teſtatoris prædictam voluntatem, ac diſpoſitionem clariſſimè deprehendi, ac manifeſtari. Præterea

ſchedulam teſtamenti, ad quam teſtator ipſe reſpexit, ſeq; retulit ex plurimis rerum argumentis demonſtrari, ac iuſtificari luce meridiana clarius apertum faciamus. His autem duobus feliciter peractis, & abſolutis, poſtremo loco ad reſolutionem contrariorum deſcendemus: quæ (DEO dante) ita diluemus, & diſſipabimus, vt qui fortaſſis adhuc exiſtimant Paradoxa nos defendere, tota (vt
100 aiunt) lege † perſpecta, iux. l. inciuile. ff. de legib. tumultuoſam quidem, belloq; feruentem, & armis plenam prouinciam nos accepiſſe: at compoſitam, pacatam, quietam, & tranquillam nos ipſos eandem reddidiſſe fateantur.

101 PRIMVS † igitur teſtis nempè Clariſſ. I.C.D. Hieronymus Zobolus teſtatoris frater, licet non deponat de verbis ipſius teſtatoris vt à ſe ipſo auditis, & intellectis, quippe qui eius ſermoni habito cum notario coram alijs teſtibus minimè præſens eſſet: deponit tamen de voluntate, ac diſpoſitione teſtatoris, prout illam ab ipſo Notario & die, qua mortuus eſt teſtator, & pridie quàm examinaretur, acceperat: cùm illam dedita opera diligenter percontatus ſit à Notario prius quàm ſe perduxerit ad deponendum: vt ſcilicet cùm rectè memoria nō teneret, Vtrum Notarius die, qua teſtator voluntatem ſuam expreſſit, ſibi teſti dixiſſet, *Che detto M. Celſo* (vt verbis vtar formalibus ipſius teſtis) *haueua inſtato, che ſi mandaſſe à pigliar la Cedula del ſuo teſtamento, ch'era nelle mani del Mag. Sig. Lodouico Giunti ſuo Genero: ò ſe pur gli diceſſe, che all'hora detto M. Celſo diſponea, & volea, che foſſe la ſua vltima volontà quella cedula, come coſi diceua ch'ella era in effetto.* Et proptereà ambiguus eſſet: ab ipſo Notario certior redderetur de voluntate, ac diſpoſitione teſtatoris. Vndè ſubiungit ipſe teſtis in hęc verba formalia. *Che hieri ſera, per chiarirſi della verità, trouò il detto M. Gio. Battiſta à caſa ſua à baſſo nanti la porta, & domandandogli quale delli duoi ragionamenti haueſſe hauuto ſeco nel giorno, che morſe il detto M. Celſo, per il ragionamento ſopradetto: gli diſſe; Che non gli haueua altrimente detto, che M. Celſo voleſſe, che ſi mandaſſe altrimente à pigliare detta Cedula: Ma che gli haueua ben detto, che detto M. Celſo diſponea, & voleua, che quella cedula foſſe la ſua vltima volontà: & che M. Gio. Battiſta teſtificaria, che queſto era di ordine, & di volontà del detto M. Celſo.* Quàmuis ergo iſtius teſtimonio voluntas, & diſpoſitio teſtatoris immediatè non probetur: plurimum tamen valet eius aſſertio ad declarandam Quarti teſtis, nempè Notarij depoſitionem, vt ſcilicet, ob lunga illius facti enarratio

reſtrin-

102 reſtringatur † ad propoſitionem, & concluſionem iſtam, videlicet, *D. Celſum voluiſſe, & diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum miſſam fore, & eſſe ſuum teſtamentum, atq; ſuam vltimam voluntatem:* quemadmodum Notarius ipſe conuentus à D. Hieronymo atteſtatus eſt, aſſeuerans ſe hoc ipſum eſſe depoſiturum, prout in effectu poſtea examinatus depoſuit, vt patet infrà nu. 140. cum ſeq. Atq; ita primi teſtis depoſitio nõ eſt
103 otioſa: cùm ſuperfluum † non cenſeatur, quod ad declarationem ponitur. §. 1. ibi. *Nulla enim.* Inſtit. de patr. poteſt. l. quæ dubitationis. Vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. tradit Alba conſ. 11. nu. 29. & conſ. 27. nu. 7. 8. 9. Tiraquel. in Tract. Retract. Tit. j Gloſ. vnica. nu. 5. Vt nunc prætercam teſtis huius depoſitionem ad alia ſeruire, de quibus infrà locis ſuis dicemus. Qui quidem teſtis tametſi vnicus ſit in iſtis verbis à Notario erga ſe prolatis, & à ſe ipſo exceptis, non ideò minus probare cenſendus eſt: tùm quia Notarius ipſe non inficiatur ſe habuiſſe hæc ipſa verba cum dicto teſte: nec illius depoſitio ab illius diſcrepat aſſertione aliquaue ſuper hoc ori
104 tur inter partes contentio: tùm quia vnico † teſti integræ fidei, probatæ vitæ, ſpectatæ conſcientiæ, & notæ probitatis, qualis eſt D. Hieronymus Zobolus, plenè creditur. c. nobiliſſimus. Diſ 97. c. j. 8. q. 3. & vtrobiq; not. tradit Grammat. conſ. 13. nu. 15. 16. 17. cum plurimis ibi relatis: in Criminal. Iac. Philip. Port. Concluſ. Reg. & Com. opi. lib. j. Concl. & Reg. 5. ad fin. verſ. Limita in teſte valdè digno. Conferunt quæ latè tradit Hip. de Marſ. ſingul. 114. Vulgatum, & tritum eſt. & fuſius, quæ ſcripta reliquit Tiraquel. in Tract. de pœnis, &c. cauſa 51. nu. 106. vſq; ad nu. 138. Ad hæc,
105 quia hic teſtis contra † ſe ipſum deponit, cùm ipſe primo loco ſit inſtitutus in priori teſtamento. Quod certè efficit vt eius depoſitio integram fidem obtineat: iux. tradita per Aymon. Crauet. cõſ. 6. nu. 62. conferunt ea, quæ ſupra diximus nu. 40. cũ ſeq. & nu 68.
106 Secunda † verò teſtis, videlicet, D. Daria de Vitrianis concludenter deponit de voluntate, ac diſpoſitione teſtatoris prout illam immediatè ab ipſo teſtatore audiuit, ac intellexit, Veluti quæ officioſa perſonæ illius ægrotantis aſſiſtens, atq; ab eius ore pendens, omnia per eundem in ipſo actu teſtandi dicta, & expreſſa optimè percipere, & cordi figere potuit. Inquit enim ipſa teſtis. *Che detto M. Celſo diſſe à M. Gio. Battiſta de Mari Notaio di Reggio, hauendolo prima mandato à chiamare: Che quella ſcrittura di ſua mano, quale eſſo Sig. Celſo haueua mandata al Sig. Lodouico Giunti ſuo Gene-*

*ro era il ſuo teſtamento. Et perciò egli volea, che M. Gio Battiſta ſuddetto all'hora all'hora nè faceſſe rogito: Perche in effetto eſſo M. Celſo all'hora deliberaua nell'animo ſuo, & coſi fermamente dicena, che quella ſcrittura era il ſuo teſtamēto, & la ſua vltima volontà: & che eſſo ordinaua che ſi eſequiſſe quanto in quella era ſcritto di ſua mano.* Atq; inferius ipſa teſtis interrogata reſpondit. *Io ſono di queſto animo, che M. Celſo teneſſe fermamente, che queſta foſſe la ſua vltima volontà, perche credo che detto M. celſo per le parole, che diſſe ſi teneſſe, & intendeſſe, che quella foſſe la ſua vltima volontà fatta con animo deliberato quanto di ſopra: & che foſſe oſſeruato quanto in quella era ſcritto, & ordinato.* Ecce igitur quomodo ex aſſertione huius te-
107 ſtis clarè probatur ex ore teſtatoris prædicta propoſitio, † & concluſio, de qua primus teſtis loquitur èx ore Notarij: Hoc eſt, D. *Celſum voluiſſe, ac diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum miſſam fore, & eſſe ſuum teſtamentum, ſuamq;*
108 *vltimam voluntatem.* Verba † etenim iſtius ſecundæ teſtis adeò clara ſunt, & aperta, vt expoſitione non egeant.c. ſi ergo. 8.q.1.
109 nec locus † coniecturis, vel præſumptionibus relinquatur.l. con-
110 tinuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig. nec aliquid vlterius † ſit quærendum, quàm quod verba per ſe clariſſima ſonant.l. ille, aut ille.
111 .§.cum in verbis.de leg.3..nec gloſſa † aliqua indigeant: vt in ſimili dixit Neuiza conſ.12.nu.13. Vbi enim verba ſunt clara dici
112 poteſt. quòd habeamus † textum, ideo gloſſa non indigemus: vt dicit Bal.conſ.343.examinanda ſunt.col.3.verſ.reuertēdum.lib.j.
113 Et vbi verba ſint clara cauillationes † Aduocatorum non debent habere locum: vt inquit ipſe Bal.conſ.174.caſus eſt talis. Quod-
114 dam fenile.ad fin.lib.2. Et vbi verba ſunt clara non eſt † eundum per ambages: vt ſcriptum reliquit ipſe Bal. conſ.372. contrarium
115 fuit conſultum.col.2.verſ.modò videamus.lib.5. Veritaſq; † manifeſta non eſt in dubium refricanda, nec aliter probanda, cùm ſatis ſit probata: vt in ſimili dixit Cephal.conſ.57.nu.32. Nimium
116 † enim velle ſubtilizare vbi res eſt clara, nihil aliud eſt, quàm perniciosè errare: vt dicit Roland.à Val.conſ.55. nu.6.7. lib.j. in taleſq; nimium ſubtilizantes inuehitur poſt Gloſſ. Afflict.in.c.I.§.
117 mutus.nu.18.Epiſcop.vel Abbat.&c. Et argumentari † in rebus claris, & apertis tam ſtultum eſt, quàm ſub clariſſimo Sole mortale lumen afferre: vt dixit ipſe Rolād.à Val.cōſ.70.in princ.lib.j.
118 Tertius † igitur ſuccedit teſtis, ſcilicet, D. Paulus Robertus, qui pariter concludentiſſimè deponit de voluntate, ac diſpoſitione teſta-

ne teſtatoris proprijs auribus à ſe excepta, cùm ipſe miſſus fuiſſet ab ipſo teſtatore ad vocandum Notarium, & cum illo rediiſſet ad teſtatorem ipſum, quem, Notario ipſo ad ſe perducto, talia verba, vel in effectu ſimilia protuliſſe deponit, videlicet, *M. Gio. Battiſta voglio, che voi vi rogate del mio teſtamento, quale è nelle mani di M. Lodouico mio Genero à Parma, quale è ſcritto di mia mano.* Subiungens ipſe teſtis. *Intendendo in effetto di fare all'hora teſtamento, come eſſo M. Celſo diceua. &c.* Hæc autem iſtius teſtis verba

119 † manifeſtum hunc ſenſum, claramq; hanc interpretationem recipere, & nihil aliud perſonare cenſeo, quàm teſtatorem dixiſſe talia verba, vel in effectu ſimilia, hoc eſt, *D. Ioan. Baptiſta volo quòd nunc rogati ſitis quemadmodum meum teſtamentum eſt illud, quod eſt in manibus D. Ludouici Generi mei Parmæ degentis manu mea ſcri-*

120 *ptum.* Quæ quidem verba in effectu † eandem præ ſe ferunt voluntatem, & diſpoſitionem, quam D. Hieronymus, & D. Daria, prout ſupra, atteſtati ſunt: hoc eſt, *Teſtatorem ipſum voluiſſe, ac diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum miſſam fore, & eſſe ſuam vltimam voluntatem, ac ſuum teſtamentũ.*

121 Cùm enim D. Celſus tunc temporis, quando talia, vel in effectu ſimilia verba protulit, intentus eſſet factioni teſtamenti, veluti ſe teſtamentum condere dicebat, prout ipſe teſtis deponit: proculdubio abſurda, non veriſimilis, atq; impoſſibilis eſſet interpretatio, quòd teſtator vellet Notarium ibi præſentem tunc eſſe rogatum de teſtamento ſuo propria eius manu ſcripto, quod erat in manibus Generi ſui Parmæ commorantis; illud, ſcilicet, coram teſtibus legendo, & explicitè publicando, atq; illud ipſum inter ſua inſtrumenta originalia collocando, quemadmodum Notarij facere conſueuerunt quando ſcriptura teſtamenti ab aliquo confecta exhibetur in præſentia coram teſtibus legenda, & explicitè publicãda, vel ſubſcribenda, & obſignanda: Quomodo nanq; tunc temporis, & in illo temporis momento Regij coram teſtibus legi, expliciteq; publicari: Vel ſubſcribi à Notario, aut à teſtibus; & obſignari, ac inter inſtrumenta Notarij originalia redigi poterat ſcriptura illa teſtamenti à D. Celſo conſcripta, quæ penes Generum Parmæ exiſtentem reperiebatur? Hoc certè, propter locorum diſtantiam, erat impoſſibile. Mittebatur ne fortè Curſor iuſſu teſtatoris ad accipiendum ſchedulam teſtamenti à Genero? Nequaquàm, vt omnes teſtes vno ore aſſeuerant. Talis ergo nonnul-

122 lorum ad pauca † reſpicientium, proptereaq; de facili enuncian-

tium

tium: iux. ſententiam Ariſt. in lib de cœlo. de qua meminit Aret. conſ. 65. in præſenti conſultatione, quæ eſt difficilis, &c. in princ.
123 Talis, inquam, interpretatio tanquàm abſurda † eſt explodenda. l. nam abſurdum. ff. de bonis libert. c. prelatis. in fin. vbi not. Gemin. de homic. lib. 6. cum latè deductis per Hierony. Zanchū in Repet. .§. cum ita. l. hæredes mei. nu. 365. ff. ad trebel. tanquàm minus
124 veriſimilis † eſt reijcienda. c. quia veriſimile. de præſump. l. non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa. cum pluribus traditis per Bertrād. conſ. 384. nu. 6. 7. vol. 6. & conſ. 31. nu. 2. 3. vol. 7. tanquàm im-
125 poſſibilis † eſt propulſanda. l. cōtinuus. §. illud inſpiciendum. cùm ibi not. ff. de verb. oblig. l. fin. ff. quæ ſent. ſinè app. reſcind. l. eū debere. vbi pulchrè Ang ff. de ſerui. vrba. prædi. tradit Bertrand. cōſ.
106 27. nu. 10. vol. 1. par. 2. Amplectendaq; noſtra eſt interpretatio † quippequæ & naturæ negotij conuenit, & rei aptior, veroq; proximior comperitur. l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtib. c. licet cauſam. .§. ex premiſſis, de probat. Tradit doctiſs. ac diſertiſſ. I. C. D. Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. Cēt. 2. in caſu 199. nu. 3. Quod. n.
127 veriſimile † nō eſt, falſitatis imaginem habet. vt inquit Alex. conſ. 27. ſub nu. 4. lib. 2. Dec. conſ. 644. nu. 6. Soc. Iun. conſ. 61. nu. 35. lib. 2. Neuiza. conſ. 8. nu. 68. 69. Catel. Cott. in Memoral. in ver. ve-
128 riſimile. Grat. Reſp. 25. nu. 21. lib. 2. Quod autem eſt † veriſimile cognatum naturæ dicitur: vt dixit Bal. conſ. 180. mortuo filio. lib. 3. Aymon Crauet. conſ. 8. nu. 5. 6. 7. Cephal. conſ. 287. nu. 22.
129 Ad quam veriſimilitudinem Iudex † plurimum reſpicere debet in veritate deprehendenda; vt ait ipſe Aymon Crauet. cōſ. 9. nu. 35. Quod plurimi tradunt Doctores, quos in hoc propoſito opportunè citauimus infrà nu. 317. 318. 319. 320. Tantoq; magis hæc
130 noſtra interpretatio eſt amplectenda, quantòmagis † intentioni ipſius teſtis conuenit: qui quidem nihil aliud per verba prænarrata ſignificare voluit, quàm quod ſupra nos expreſſimus. Satis autē
131 conſtat verba debere intelligi ſecundum † intentionem loquentis l. plenum. §. equitij. ff de vſu, & habit. l. pen ff. de reb. dub. l. ſi quis intentione. ff. de iudic. c. ſecundo requiris. de appel. Etiam in caſu
132 † impropriiſſimo; vt poſt Bar. latè tradit Alex. in l. 1. in princ. nu. 11. ff. ad l. falc. Guhel. Benedict. in c. Raynutius. in verſ. Eidem impuberi ſuccederent. nu. 2. de teſtamen. & latiſſimè inter omnes Neuiza. conſ. 92. nu. 12. 13. 14. 15. 16. 17. cùm pluribus nu. ſeq.
133 vbi multa congerit. Et in terminis, quod verba † à teſte prolata ſecundum eius mentem, etiam impropriè accipi debeant, & non

ſecundum

ſecundum iuris ſubtilitatem, dixit Excellentiſſ. I.C.D. Gerardus Mazollus de Iazaris conſ. 4. nu. 42. Decad. j. Et quòd interpretatiò noſtra deſeruiat intelligentiæ, atq; intentioni ipſius teſtis poterit
134 † Præſtantiſſ. & Integerrimus D. Iudex ex officio percipere ab ipſo teſte, inſtando vt dictum ſuum clarius exprimat, ac declaret: quod iudex facere poteſt, etiam poſt concluſum in cauſa: vt not. in c. per tuas. & in c. cũ clamor. vbi Innoc. Ant. de Butr. Abb. Feli. de teſtib. tradit & Bar. in l. ſi quis intentione. nu. 4. ff. de iudic. & in l. repeti. in princ. ff. de quæſt. Angel. in l. 2. verſ. & adde, quòd tu bonus aſſeſſor. & ibi Aret. col. 2. verſ. ſecundo nota. ff. de duob. reis. Afflict. in Conſtit. Sancimus. nu. 18. Rub. 19. lib. 3. Conſtit. Neapol. latè Aegid. Boſſ. in Tit. de Public. proceſ. & teſtiũ. nu. 22. vſq; ad nu 28. Iac. Philip. Port. Concl. Reg. & Com. opi. lib. j. cõcluſ. & Reg. 39. verſ. vigeſimoſexto fallit. M. Ant. Bardus in Tract. de tempore vtili, & cõtinuo. cap. 11. ſub nu. 5. & 6. Gabriel Sarayna in Annot. ad Matthes. ſing. 102. Nota quòd ſi capitulum. nu. 5.
135 Quamquàm ſi tota, & integra † ipſius teſtis depoſitio perpendatur, manifeſtum ſit nulla alia opus eſſe declaratione: cùm teſtis ipſe ſatis, ſuperq; dictum ſuum declaret dicens. *Et io, quanto ſia per me, tengo certo, che detto M. Celſo in quel punto intendeſſe di fare, & diſponere il ſuo vltimo teſtamento come in detta ſcrittura, & che queſto foſſe il ſuo animo deliberato per le dette parole, che diſſe egli al-*
136 *l'hora.* Quod ſi † verum eſt; immò quia verum eſt (qua loquendi forma vtitur Bertrand. conſ. 18. poſt princ. vol. 3 par. 2.) teſtem ipſum pro certo tenere; quòd D. Celſus in illo puncto intelligeret ſe facere, ac diſponere ſuum vltimum teſtamentum, veluti in dicta ſcriptura: nempè, eius manu ſcripta, & ad Generum Parmam miſſa: & quòd iſte foret eius animus deliberatus propter dicta verba, quæ dixit ipſe, tunc: illa, videlicet, quæ ex ipſo teſte ſuprà commemorauimus: neceſſe eſt vt dicamus teſtem ipſum per hæc poſtrema verba declarare præcedentia: vt, ſcilicet, quatenus dixerat *D. Celſum iuſſiſſe notarium rogari de ſuo teſtamento, quod erat in manibus Generi ſui Parmæ manu ipſius teſtatoris ſcriptum:* Poſtea declaret quomodo teſtator ipſe iuſſerit Notarium eſſe rogatum de ſuo teſtamento: nempè, *D. Celſum iuſſiſſe notarium rogari, quemadmodum faciebat, ac diſponebat ſuum vltimum teſtamentum ſicuti in dicta ſcriptura eius manu ſcripta, & ad Generum Parmam miſſa con-*
137 *tinebatur.* Quæ quidem verba eandem † vim habent, quàm habet interpretatio noſtra, videlicet, *D. Celſum iuſſiſſe notarium ro-*

*gari*

*gari quemadmodum eius teſtamentum erat illud, quod manu ſua ſcriptum erat in manibus Generi ſui Parmæ.* Atq; ita tertius etiam teſtis optimè probat eandem voluntatem, ac diſpoſitionem teſtatoris, de qua duo teſtes præcedentes clariſſimè depoſuerunt: ſcilicet, *Teſtatorem ipſum voluiſſe, ac diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum miſſam, fore, & eſſe ſuam vltimam voluntatem, ac teſtamentum.* Et adhuc magis interpretatio noſtra
138 fouenda eſt, quando † per ipſam tertius hic teſtis in omnibus reducitur ad concordiam cum primo, & ſecunda teſte: quandoquidem concordandi ſunt teſtes quo ad ſenſum, ſi non poſſunt quo ad literam concordari, etiam ad effectum vt probent: vt latè ſcriptum reliquit Felin. in c. cum tu, de teſtib. Curt. in Tract. de teſtib.
139 Concl. 56. ſub. nu. 118. Et conteſtes † in dubio præſumuntur teſtes examinati, ſi congrua verborum interpretatio fieri poteſt, ſicuti fit in caſu noſtro: vt inquit ipſe Curt. in d. Tract. de teſtib. cõcl. 13. ſub nũ. 28. cũ multis ibi relatis. Soc. Iun. cõſ. 62. nu. 18. lib. 4.
140 Quartus † nunc ſupereſt teſtis, nempè, D. Ioan. Baptiſta de Maro, qui non minus concludenter deponit de voluntate, ac diſpoſitione teſtatoris, immediatè quam percepit ab ipſo teſtatore, quàm duo præcedentes faciant teſtes, quippe qui iuſſu teſtatoris dicentis ſe velle condere teſtamentum vocatus eſſet tanquàm Notarius, atq; ad ipſum perductus diligenter attenderet quomodo teſtaretur. Inquit igitur hic teſtis teſtatorem protuliſſe hæc verba, vel in effectu ſimilia. *Gia io ſcriſſi di mia mano à M. Lodouico Giunti mio Genero vna minuta del mio teſtamento: Io voglio, che quella ſia la mia vltima volontà.* Et inferius ſubiungit ipſe teſtis interrogatus in hæc verba, *Che'l detto M. Celſo vna volta ſola nel principio del ragionamento, come ha detto diſopra, diſſe, che voleua all'hora, che quella ſcrittura, ò minuta foſſe la ſua vltima volontà. Et che eſſo tiene, che M. Celſo foſſe d'animo deliberato per le dette parole, che all'hora quella minuta foſſe la ſua vltima volontà.* Ecce ergo quomo-
141 do & hic teſtis in eundem † rei geſtę finẽ, & effectũ, quàmuis per aliqualiter diuerſa verba, concordat cum duobus, immò cum tri-
142 bus teſtibus antecedentibus, quod ſufficit ad vniformem, † ac etiam probationem conſtituendam: iux. Reg. d. l. qui ſententiam C. de pœnis. & d. c. nihil obſtat de verb. ſigni. quam concluſionem latè diximus infra nu. 958. vſq; ad nu. 1052. ſicuti etiam ſupra polliciti [illegible]mus. concordat, inquam, cum alijs in eo, de quo principaliter agitur: hoc eſt, *D. Celſum voluiſſe ac diſpoſuiſſe ſche-*

*ſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum ſuum iam à ſe miſſam, fore, & eſſe ſuam vltimam voluntatem, ac teſtamen-*
143 *tum.* Res etenim ita per ſe clara † eſt, & ita per ſe loquitur, vt plus quàm ridiculum ſit dubitare, Vtrum ſit perfectè probatũ, quod perfectiſſimè probatum eſſe luce clarius perſpicitur D. Celſi teſtamentum. iux. reſponſum Celſi I.C. in l. Domitius Labeo. ff. de teſtamen.
144 ſtamen. Nec officit, quod hic quartus teſtis non † commemoret ſe à teſtatore fuiſſe rogatum de narrata diſpoſitione, ac teſtamento: immò quod inferius interrogatus reſpõdeat, *Egli non mi diſſe altrimente, ch'io ſentiſſi, ch'io mi rogaſſi di coſa alcuna.* Et tamen ſecundus, ac tertia teſtis aſſerant hunc ipſum quartum teſtem tanquàm Notarium fuiſſe rogatum à teſtatore de dicta ſua vltima voluntate, diſpoſitione, ac teſtamento. Quia non inficiatur abſolutè quartus hic teſtis ſe rogatum fuiſſe à teſtatore, ſed dicit ſe minimè fuiſſe à teſtatore rogatum, quòd ipſe teſtis audiuerit. Vndè potuit eſſe, quòd ipſe quartus teſtis non audiuerit teſtatorem ſe rogantẽ: & tamen alij duo teſtes illum audiuerint hoc ipſum peragentem.
145 Nec propter dictum † eius, qui dicit ſe non audiuiſſe, debilitatur fides eorum, qui dicunt ſe audiuiſſe: nec propterea oritur inter ipſos teſtes aliqua contrarietas: vt in ſpecie huic noſtræ ſimili poſt Bal. & Angel. declarat Aret. in l. hæredes palã. in princ. col. 2. verſ. Tertio not. ibi ſi plures, &c. ff. de teſtamen. quod in fortioribus terminis cenſuit Corn. conſ. 261. poſt nu. 14. verſ. Tertius autem dicit, quòd non audiuit. lib. 4. quem ſequitur Aegid. Boſſi. in tit. de Falſis poſt nu. 36. Quare ex omnibus teſtium dictis in eundem rei geſtæ finem, & effectũ optimè conuenientibus, clariſſimè elicitur, propoſitio, & cõcluſio, quã ſupra firmauimus: hoc eſt, *D. Celſum voluiſſe, ac diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum miſſam, fore, & eſſe ſuam vltimam voluntatem, ac teſtamentum.* Quæ teſtium aſſertio ex prædictis ſatis, ſuperq́; iuſtificata, tantòmagis certa, & concludens eſt cenſenda, quantòmagis præſumptionibus iuris adiuuatur. Teſtes enim omnes implicitè ea ipſa deponunt, quæ ſacratiſſimæ Leges præſumunt: Nempè D. Celſum voluiſſe, ac diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamẽti manu ſua ſcriptam, & ad Generum miſſam, fore, & eſſe ſuam vltimam voluntatem, ac teſtamentum: in qua ſchedula filiam ſibi chariſſimam hæredem inſtituit: cum diſpoſitione Legis & communis, & municipalis filiam ipſam extraneis præferentis, ſe conformauit: quod minus piè contra eandem filiam in primo teſtamento fecerat; in ſe

reuerſus, illud reuocauit: vltimam diſpoſitionem ſuam priori derogare, & quidem iuſtiſſimis rationibus, voluit: nihil deniq; in ipſa ſchedula ſcripſit, quod non iuſtum, pium, honeſtum, æquum, ſanctumq; cenſeatur. Has etenim vehementiſſimas iuris præſumptiones, quæ in caſu noſtro concurrunt, ſufficientes eſſe ad confirmanda, & ſupplenda teſtium dicta, quæ aliàs non probarent, & multò fortius ad confirmanda, & corroboranda teſtium dicta, quę ſola optimè concludant, in hac præſertim materia teſtamenti patris inter liberos, in terminis (vt aiunt) terminantibus, pulcherrimè cenſuit Grat.d.Reſp.90.nu.5.vſq;ad nu.26.lib.2. Cõcludens. Iudicē pro hac parte, quæ fauorē filiæ concernit, iudicare debere.

Reliqvvm eſt autem, vt quomodo ſchedula teſtamenti D. Celſi iuſtificetur ex ordine nobis propoſito demonſtremus. Ipſa

147 igitur ſchedula iuſtificatur, Primò ex confeſſione † Procuratoris Aduerſæ Partis, qui iureiurando Poſitionibus reſpondendo, dixit ſchedulam ipſam teſtamenti D. Celſi ſcriptam ſibi videri manu ipſius D. Celſi, ſpeciale mandatum ad reſpondendum poſitionibus ipſis cùm haberet: quam confeſſionem ad poſitiones pleniſſimam facere probationē non ambigitur: vt tradit Aymon Crauet.conſ.217.nu.9. Lancil.Conrad. De officio Prætoris. Rub.de Poſitione.nu.1.2.3.vbi multa ad hoc cumulat. & hoc ipſum aſſerunt omnes in Tractatib. citatis infrà nu.154.&nu.165.expreſſéq; diſponit ſtatutum Regij ſub Rub.De Poſitionibus,&c.lib.2.

148 Licet enim verb. Videtur, † ſoleat quandoq; fictionem importare.l.j.§.deieciſſe.ff. de vi, & vi armata. tradit Bar,in l ſi is, qui pro emptore.nu.5.ff.de vſucap. Tamen quandoq; etiam verb. Vide-

149 tur, † eſt veritatis expreſſiuum.l.etiam. vbi not. Bal.ante nu.2.C. de iur.dot.l.3.§.ex contrario.vbi not. Angel.in princ ff.de acquir. poſſeſ.l.ſeruum filij.§.1.vbi aduertit gloſ. de leg.j. concordantes tradit Crott. in l.1. in princ.poſt nu. 16. ff. de oper. noui nuncia.

150 Quod maximè † procedit ſecundum ſubiectam materiam: vt inquit Aret.in l.ſi duo.in vlt.not. per illum tex.ff. de acquir hæred. Dec.conſ.539.nu.11.12. Iaſ.in d.l.ſi is, qui pro emptore.nu.91.

* vbi multa congerit. Quod * indubitati iuris eſſe dicit Cagnol.in l.non videtur cepiſſe.nu.3. vbi & ipſe multos citat.ff.de reg.iuris.

151 Negari autem non poteſt quin ſecundum ſubiectam † materiam, de qua agitur, nempè, reſponſionis ad poſitiones, verb. Videri, ſit ipſius veritatis expreſſiuum, ſaltem ad effectum, vt Parti Aduerſæ confitenti ſchedulam teſtamenti ſcriptam ſibi videri manu

D.Celſi,

D.Celſi,confeſſio præiudicet: quemadmodum proculdubio præ-
152 iudicaret, ſi per verb. Credit, † concepta fuiſſet: tùm ex Statuti
Regienſis ita clarè diſponentis ſanctione ſub d.Rub.De Poſitioni-
153 bus, &c.lib.2.tùm etiam ex iure † conſuetudinario, quod eſt re-
ceptiſſimum. per tex. clarum, & apertum in c. præſentium. Ibi
*Quid ſciat de huiuſmodi poſitionibus, vel credat*. de teſtibus lib.6.
tradit Corn.conſ.301.nu.6.lib.j.Dec.conſ.445 nu.18. Iacob.de
154 Arena, † lumen clariſſimum Patriæ noſtræ,in Tract.de Poſitionib.
in princ.nu.9. Vber.de Bob.in Tract.de Poſitionib.nu.31.Franc.
* Curt.in Tract. de Poſitionib.nu.51.52. vbi atteſtatur de * com-
muni opinione. Lancil.Conrad.De officio Prætor. Rub.de Poſi-
tionum reſponſione. nu.1. vbi pariter de * communi opinione.
155 Sicuti ergo verb.Credit, † importat fictionem.l.retro.ff. de capti-
uis.tradit Iaſ.in d. l.ſi is,qui pro emptore. nu.80. & tamen ob ſu-
156 biectam materiam, confeſsio † facta in reſponſione ad poſitiones
per verb.Credit, & ex ſtatuti Regienſis, & ex iuris conſuetudina-
157 rij receptiſſimi diſpoſitione præiudicat confitenti: pari ratione †
quàmuis verb. Videtur, aliàs importet fictionem: tamen ob ſubie-
ctam materiam, confeſſio facta in reſponſione ad poſitiones per
158 ipſum verb. Videtur, præiudicare debet confitenti, per † Reg.l.
illud.ff.ad.l.Aquil.& l.j.ff.de fonte. cùm ſimilibus cumulatis per
Aymon.Crauet.conſ.183.nu.3. & per celebetr.I.C.D. Paulum
Leonium in Tract.Subſtitutionũ.in vulgari.nu.77.vſq; ad nu.83.
159 & in compendioſa.nu.159. Quæ quidem † Reg.locum ſibi ven-
dicat etiam in ſtatutis: vt tradit Dec.conſ.217.nu.7.8. & in.c. ſe-
cundò requiris.nu.1.2.3.de appellat.quod latiſſimè probat Chaſ-
ſenæus in Conſuet. Burgund.in Concluſ.& approb. cõſuet. in ver.
*Interpretées ſelon droict eſcript*. ſub nu.8.& ad hoc plura congerit
Tiraquel.in Tract.Retract.lib.j.§.20.gloſ.vnica.nu.1.2.3 cũ ſeq.
& nu.10.11. & adhuc plura cumulat in Tract.Ceſſante cauſa.in.j.
par. nu.142.Nã vbi eſt.vſq; ad nu.179.& in l. ſi vnquàm. in ver.
Libertis.nu.45.Quorum ſententia.cum ſeq.& nu.54.cum ſeq.C.
160 de reuoc.donat. Præſertim ſi ſtatuta † ſint fauorabilia, & minimè
exorbitantia, ſed iuri communi conſonantia: vt inquit Bar.in l.ſi
conſtante.in princ.nu.43.44.45. & ibi Alex. ſub nu. 5.verſ. Item
inquantum Bar. & ibidem Iaſ.ſub nu.73.verſ. ſecundò limita. &
nu.79.80.ff.ſol.mat. & ipſe Iaſ. conſ.31.nu.8. & ibi Ambroſ. de
Opizo.in ſubſcript.nu.13.inter conſ.Syluani. Chaſſenæus vbi pro
ximè ſupra.Cõcluſ.31.Tiraquel in d.l.ſi vnquàm.in ver. Libertis.

nu.61. vbi quemadmodum ipſe in re ab omnibus * conceſſa diutius immorandum non eſſe ſtatuit: ſic & nos, hac ipſa communi Doctorum ſententia paucis deducta, ad alia noſtram conuertemus
161 mus orationem, ne ſuperuacuis † laboremus impendijs, quaſi Solem certantes facibus adiuuare: vt dicit tex.in.c.ſi omnia.
162 6.q.j. Dum tamen ſilentio minimè prętereamus prædictam † cõcluſionem ex recitatis Doctoribus procedere etiam in conſtitutione exorbitanti: vt ipſi loquuntur. Quo fit vt nos à multò ma-
163 gis † arguentes.iux.Reg. Auth. Multòmagis.C. de ſacroſanct.Eccleſ. Auth. Multòmagis.C.de Epiſc. & Cler.l. quantòmagis.ff. de iureiur.c.cùm in cunctis.de elect. Concludamus ipſam concluſiõnem etiam, atq; etiam locum ſibi vendicare in ſtatuto, de quo lo-
164 quimur, Quod certè non † exorbitans, ſed iuri cõſuetudinario receptiſſimo conſonum eſſe, & plurimum fauorabile tanquàm tendens ad eliciendam veritatem, & ad releuandum ab onere probãdi, atq; ad facilitandum iudicium, ſatis liquidò conſtat ex tex. in de.ſæpè.§.& quia poſitiones.vbi poſt alios Geor. Natt. col.j. de
165 verb.ſign.& ex traditis per Iacob.de Arena † Ciuitatis noſtræ decus, & ornamentum in d.Tract. de Poſitionib.§.4.nu.1.2. Vber. de Bob.in d.Tract.de Poſitionib.nu.4.Odofred.Beneuẽt.in Tractat.de Poſitionib.nu.3.Franc.Curt.in d.Tract.de Poſitionib.nu. 1.2.Lancil.Conrad.De officio Præt.Rub.De Poſitione.nu.1.2.3.

Iuſtificatur inſuper ſchedula teſtamenti D.Celſi ex legitima, &
166 indubitata literarum † comparatione facta, tùm ex vna ipſius D. Celſi ſcriptura ſubſcripta, & recognita à tribus teſtibus omni exceptione maioribus, vno ore concludentibus ſe vidiſſe D. Celſum dictam ſcripturam propria manu ſcribentem: nempè, à Clariſs. I.C.D.Hieronymo Zobolo fratre dicti D.Celſi: à Multum Reuer. D.Philippo Zobolo: & ab Honeſtiſſ. viro D. Paulo de Robertis. tùm ex altera ipſius D. Celſi ſcriptura ſubſcripta, & recognita à duobus teſtibus probatiſſimis aſſerentibus ſe pariter vidiſſe D Celſum dictam ſcripturam propria manu exarantẽ: videlicet, à Mag. D.Cæſare Lancia: & à Mag. D. Ioſeph Manaria. Item ex alia ipſius D.Celſi ſcriptura ſubſcripta,& recognita ab vno teſte integerrimo deponente ſe quoq; vidiſſe D. Celſum dictam ſcripturam propria manu conſcribentem: ſcilicet à Mag. D. Alberto Bouio.
167 Rurſus ex tribus ſcripturis † ipſius D.Celſi manu factis, & inſertis in tribus publicis inſtrumentis tanquàm partibus integralibus dictorum inſtrumentorum: quorum primum fuit rogatum per Mag. D.Guidum

D.Guidum Menotium: alterum per Mag.D.Gabriellem Pictorē: tertium per Mag. D. Thomam Paganum: quæ tres ſcripturæ ab iſtis tribus Magnificis D.D.D. Tabellionibus receptæ, & incorporatæ fuerunt dictis inſtrumentis tanquàm conſcriptæ ab ipſo D. Celſo ipſas porrigente, & ita aſſerente, prout in dictis inſtru-
168 mentis narratur. Adhæc ex duobus † Libris rationum, & negotiorum, ac rerum memoralium ipſius D.Celſi manu conſcriptis, & ita quidem compoſitis, vt (præter teſtium ſuperinde receptorum depoſitionem, qua veritas perlucidè dignoſcitur) nulla probabilis oriri poſſit dubitatio apud probos viros, quin & apud improbos, quin ipſi Libri toti,& integri ſint ſcripti ipſius D.Celſi manu.
169 Poſtremò ex pluribus ipſius D.Celſi manu ſcripturis † aliàs contra eum in iudicio productis tanquàm eiuſdem manu conſcriptis, & pro talibus habitis, recognitis, ac pronunciatis in lite inter ipſum D.Celſum, & Mag. D. Matthæum Mariam Malegutium vertente coram Mag.& Clariſſ.D.Prætore Regij, ſicuti publicis con-
170 ſtat documentis. Ex quibus † quidem ſcripturis, vel ſingulis legitimam, perfectam, & optimam fieri potuiſſe literarum comparationem, nemo eſt, qui neſciat.iux. tex. in l.comparationes. cum ibi traditis per Bar. Bal. Salyc. Angel. Pau.Caſt. & omnes deniq; ſcribentes.C.de fide inſtru. Abb.in c.2.eod.tit. Alex.conſ.114. nu.6.lib.7.Doctiſſ.ac diſertiſſ.I.C. D.Iacob.Menoch. De Arbitr. Iudic. lib. 2. Centur. 2. in caſu 114. nu.29. Et multòmagis ex
171 dictis omnibus † ſcripturis ſimul iunctis indubitatam, perlucidā, & huberrimam inſurgere comparationem dicendum eſt: cùm in materia ipſius comparationis, ſicut in materia probatoria, quæ non proſunt ſingula, multa ſimul collecta iuuent: vt inquit not. Bal per illum tex.in d.l.comparationes.in.4.not.ſub nu.2.C.de fide inſtru. & Alex. conſ.279.ſub nu. 4.verſ. Accedit illud. lib.6. quàmuis de Baldo ſpecificè hoc dicente nullam faciat mentionem.

Nec aliquem quàmuis Sophiſtam, & cauillatorem dubitaturū vnquàm crediderim de viribus factæ huius comparationis ex eo,
172 † quòd ſcriptura ad quam (ſic enim appellant Doctores ſcriptu-
173 ram † principalem, de cuius fide dubitatur: vt declarat Bal.in d.l. compararriones.nu.5.) ideſt, ſchedulæ teſtamenti D. Celſi nullos habeat teſtes ſubſcriptos, vel qui viderint ipſam ſcribi. cùm quod
174 dicitur † in Auth. At ſi contractus.C. de fide inſtru. per Pau.Caſt. & alios Doct.locum ſibi vendicet in Apocha, vel Appodiſſa, quæ datur à parte parti præſenti, cui ſit imputandum, quare non cura-
uerit

uerit illam fieri ſolenniter. Secus autem in alijs ſcripturis, quæ
175 fiunt ab aliquo † in ſecreto loco abſq; alicuius præſentia, in quibus non militat illa communis Doctorum ratio: vt puta, in Epiſtola, in libro rationum, & in ſchedula teſtamenti, in quibus procedit comparatio abſq; eo, quòd aliqui teſtes vel ſint inſcripti, vel præſentes fuerint: vt tradit Bar. in l. nuda ratio. nu. 9. 10. ff. de donat. Bal. in Auth. Sed nouo iure. ſub nu. 4. C. ſi cert. pet. vbi atteſtatur
* ita obſeruare * conſuetudinem. Barba. d. conſ. 58. col. fin. verſ. Et ſi opponatur. lib. 4. vbi loquitur in terminis. Quod laté probat, & quidem in terminis Alex d. conſ. 239. nu. 5. 6. 7. cum ſeq. lib. 6. & d. conſ. 114. nu. 5. lib. 7. vbi pariter in terminis atteſtatur hanc eſſe
* * communem opinionem. Felin. multos citans in d. c. 2. nu. 19. de fide inſtru. vbi de communi * opinione, & obſeruantia. Et ibi Dec. nu. 16. vbi ſimiliter dicit hanc eſſe * communem. Et quòd ipſa ſcri
176 ptura † ad quam, videlicet, ſchedula teſtamẽti, optimè iuſtificetur per legitimam comparationem literarum factam, & deductam à ſcriptura ex qua habente vnam ex prædictis qualitatibus (ita enim
177 appellant Doctores † ſcripturam, ex qua fit, & deducitur comparatio: vt benè declarat Bal. in d. l. comparationes. nu. 5.) quàmuis ipſa ſcriptura, ad quam, ſcilicet, ſchedula teſtamenti, nullos habeat teſtes inſcriptos, vel qui viderint ipſam ſcribi, clariſſimè ſupponit Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. (quod tamẽ expreſsè dixit ibidem Bal.) ff. de condit. & demonſt. vnà cum Pau. Caſt. Alex. Barba. Riminal. Gozad. Ruin. & Natt. in locis ſupra relatis nu. 83. vſq; ad nu. 92.
178 quatenus firmant † iux. * communem Doctorum ſententiam per
* nos eodem loco deductam, quòd ſchedula dimiſſa per teſtatorem apud Guardianum S. Franciſci, vel aliam certam perſonam, ad quã teſtator ipſe ſe retulit, nullo teſte proculdubio ſubſcriptam, vel probatam, ſatis, ſuperq; iuſtificatur per legitimam literarum comparationem. Idcircò in re tam clara, & aperta iacturam temporis fa-
179 ciendam non eſſe cenſemus. Quicquid enim demonſtratæ † rei adijcitur ſatis demonſtratæ, fruſtra eſt: vt inquit Vlpianus in l. j. in fin. ff. de dote præleg. Qua ſententia in propoſito non diſſimili vtitur Soc. Iun. conſ. 22. nu. 1. lib. 2.

Accedat ſplendidiſſimæ iuſtificationi huius ſchedulæ aſſertio
180 † ipſius teſtatoris dicentis ſe miſiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam ad Generum, per quam non ſolum fides Generi, ſed ipſa ſchedula teſtamenti cenſetur approbata per teſtatorem.
181 Quo fit vt negari non poſſit ſcriptura † apparens de manu teſta-

toris

toris, quam teſtator ipſe de manu ſua eſſe ſuit profeſſus. Ita inquit Bal. in l. captatorias. q. 5. ſub nu. 10. C. de teſtamen. milit. Alex. d. conſ. 239. ſub nu. 1. & 2. lib. 6. Gozad. d. conſ. 3. ſub nu. 16. Natt. in d. Auth. Quod ſine. q. 10 nu 24.

182 Adiungatur aſſertio † ipſius Generi iureiurando affirmantis illã ipſam, quam exhibuit, eſſe ſchedulam teſtamenti, ad quã D. Celſus ſe retulit, cùm poſtremam voluntatem ſuam nuncupauit: cuius dicto ſic iurato teſtator ſtari voluiſſe cenſetur, poſtquàm tantum de illo ſe confidere demonſtrauit: vt in terminis dixit Pau. Caſt. in d. l. hæredes palam. in princ. nu. 3. ff. de teſtamen. & Riminal. d. conſ. 254. nu. 9.

183 Nec omittantur alia indicia, † & quidem certiſſima, quæ inſurgunt ex literis ab ipſo D. Celſo ad dictum Generum ſuper in-
184 terpretatione dictæ ſchedulæ ſcriptis: quæ (præter ſigillum † ipſius D. Celſi, quo munitæ conſpiciuntur, & fidem accipiunt: iux. tradita per Bal. in l. in bonæ fidei. ante nu. 6. C. de reb. cred. Abb. & alios in d. c. 2. de fide inſtru. & Doctiſſ. ac diſertiſſ. I. C. D. Iacob. Menoch. De arbit. Iudic. lib. 2. cẽt. 2. in caſu 113. nu. 9. 10. 11) per
185 legitimã etiã comparationem † iuſtificatæ fuerunt: iux. tradita per Bar. in d. l. nuda ratio. nu. 10. ff. de donat. & Felin. in d. c. 2. nu. 19.
* & ibi Dec. nu. 16. de fide inſtru. vbi ambo atteſtantur ex * cõmuni Doctorũ ſententia epiſtolas optimè iuſtificari per comparationẽ literarum. Quod & alij tradiderunt, de quibus infrà nu. 886.

186 Satis autem conſtat indicia † legitima de per ſe apta eſſe ad iuſtificandam teſtamenti ſchedulam, poſtquàm vel ex legitima literarũ comparatione, vel ex alijs legitimis indicijs ipſam ſchedulam probari poſſe concludit Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & de-
* mon. quem ſequitur * inſtructa claſſis illa Doctorum, quam cum ipſo Bartolo Illuſtriſſ. omnium Anteſignano ſupra iam deduximus nu. 72. 73. 74. 75. 76.

Ex iſtis omnibus ergo certiſſimis, & indubitatiſſimis demonſtrationibus ſeparatis, & multò magis coniunctis adeò ſchedulam teſtamenti, de qua tractatur, probatam, atq; iuſtificatam eſſe cenſemus, vt meritò cum Alexandro liceat nobis exclamare. Quis
187 futurus erit † Adquus Iudex, qui tot ac tantis demonſtrationibus legitimis ſimul concurrentibus, ſcilicet, Partis aduerſæ confeſſione: legitima literarum comparatione: Teſtatoris ipſius aſſertione: Generi iurata depoſitione: Indiciorum ex Epiſtolis acclamatione: plenam, immò pleniſſimam fidem ipſi ſchedulæ teſtamenti, de

qua

qua agitur, non adhibeat? Ita in terminis, in quibus multa quidem concurrebant, ſed non tot, ac tanta, quæ in caſu noſtro confluunt, exclamat Alex.d.conſ.239.ſub nu.4.& ſub nu.8. lib.6. & Riminal.d.conſ.254.nu.9.10.11.12. Ex quibus abſq; vlla hæſitatione concludimus luce meridiana clarius ſchedulæ ipſius teſtamenti D.Celſi identitatem cumulatiſſimè probatam remanere.

Postquam igitur ſatis, ſuperq; conſtat ex his, quæ ſecundũ
138 crebriores Doctorum ſententias deduximus, diſpoſitionem † D. Celſi tàm reſpectu validitatis, quàm reſpectu probationis ſubſiſtere, vigere, & obtinere in vim teſtamenti nuncupatiui nuncupatione implicita inter liberos de iure ſpeciali: Reliquum eſt, vt ex ordine nobis præſcripto ad confutationem contrariorum iam deſcendamus: quibus diſſipatis, & exterminatis, veritas ipſa propoſitæ huius veritatis, magis, magiſq; clara, & lucida, tanquam expulſis, fugatiſq; nebulis, in lucem progredietur ab omnibus conſpicienda, & veluti Stella fulgentiſſima, certiſſima, & inerrans ad euadendos difficiles propoſitæ quæſtionis ſcopulos obſeruanda,
189 & ſequenda. Boni enim † Aduocati eſt officium primò confirmare ius ſuum: ſecundò impugnare ius Aduerſariorum: vt aduertit gloſ.in c.Abbate.§. allegabatur. verſ. Multum quoq; diſtabat. de re iud.lib.6.quam ad hoc not. ibi Io.Mo. & Io.An. referentes illud Iſidori. Prius eſt vt noſtra firmemus, deinde obiecta confutemus: quod etiam docet Ariſt.Rhetor.lib.3.cùm dicit. Oportet autem eum, qui vel in deliberatione, vel in iudicio prior dicit, cauſam primò ſuam confirmare, deinde illis, quæ contra dici poſſunt, occurrere, & ea diſſoluere, atq; extenuare. Hoc ibi dicit Ariſt.vbi de probationib. Qua ratione ſæpè Doctores noſtri conſulendo
190 dixerunt, † vim totam, atq; difficultatem conſiſtere in reſponſione ad contraria: & illis ſolutis, firmatas concluſiones reddi clariores: vt dixit Dec.conſ.31.ante nu.4.& cõſ.74.col.fin.in princ. & conſ.185.ſub nu.5.verſ.Solùm ſupereſt.& conſ.328.nu.4.Soc. Iun.conſ.121.ante nu.14.lib.j. & conſ.189.ſub nu.31.verſ.& cõcluſio prædicta.lib.2.& conſ.13.ſub nu.29.verſ.& iſta concluſio. lib.3. Alciat.Reſp.203.ante nu.14.& Reſp.570.ſub nu.1.Crott. conſ.54 ante nu.10.& conſ.136.ante nu.39.Rolãd.à Val.cõſ.3. ſub nu.40.lib.j.& alibi ſępè Doctores: quorũ veſtigia nos calcãtes ad ipſa contraria confutanda, omni mora poſtpoſita, cõuertimur.

Non obſtat ergo, quòd Primo loco dicebam, arguendo à ſufficienti partium enumeratione, diſpoſitionem D.Celſi non poſſe

valere

valere vt teſtamentum in ſcriptis de iure communi: nec vt teſtamentum in ſcriptis de iure ſpeciali: nec vt teſtamentum nuncupa-
191 tiuum: rationibus ibi deductis. Quia Reſpondeo dictum Arg. † non procedere quando partes omnes non fuerunt ſufficienter enumeratæ: vt declarat Bal. in l. conuenticulam. col. 2. C. de epiſc. & cler. Iaſ. in d. l. patre furioſo. ſub nu. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Bellon. conſ. 6. ſub nu. 1. Neniza. conſ. 5. nu. 39. Sed ſupra in contrario partes omnes non fuerunt ſufficienter enumeratæ: quia licet diſpoſitio D. Celſi non poſſit valere vt teſtamentũ in ſcriptis de iure communi: nec vt teſtamentum in ſcriptis de iure ſpeciali: nec vt teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione explicita de iu-
192 re communi: Valet tamen vt † teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos: cùm fuerit concepta ſecundum doctrinam Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit.
* & demonſt. quam * communi calculo fuiſſe comprobatam à Doctoribus, ſupra probauimus nu. 71. vſq; ad nu. 80. Et ſchedula fuerit iuſtificata ſecundum ipſam doctrinam Bar. in d. l. ſi ità ſcripſero.
* quæ in hoc quoq; fuit à Doctoribus * communiter recepta: vt demonſtrauimus ſupra nu. 83. vſq; ad nu. 95. Prout reſpectu conceptionis applicauimus ſupra nu. 95. vſq; ad nu. 147. Et reſpectu iuſtificationis applicauimus ſupra nu. 147. vſq; ad nu. 188.

Et ex his manifeſtè patet non obeſſe, quòd in ipſa ſchedula te-
193 ſtamenti D. Celſi non adſit † tempus: prout expoſtulare videtur in caſu ſuo Alex. d. conſ. 123. nu. 4. lib. j. & d. conſ. 76. nu. 11. lib. 3.
194 Quia loquitur Alex. ſecundum † terminos Auth. Quod ſinè. C. de teſtamen. videlicet, quando agitur de teſtamento in ſcriptis de iure ſpeciali inter liberos. In qua quidem teſtamenti ſpecie fatemur
195 † & nos tempus apponendum eſſe in ſchedula: iux. diſpoſitionem
196 d. Auth. Quod ſinè. (quàmuis contrarium † tenuerit Barbat. cõſ. 58. lib. 4. qui ſingulariter intelligit tempus neceſſariò apponendũ non eſſe in ſchedula teſtamenti in ſcriptis de iure ſpeciali inter liberos facti iux. diſpoſitionem d. Auth. Quod ſinè. quãdo ipſa ſchedula eſt ſcripta manu patris tota: ſed temporis appoſitionem tunc demum eſſe neceſſariam in ipſa ſchedula, quando illa non eſt ſcripta manu patris tota, ſed eſt ſcripta manu alterius, & ſubſcripta tã tùm manu patris: vt ibi latè per ipſum Barbat.) & hanc eſſe com-
* munem * opinionem non negamus, teſte Nert. in d. Auth. Quod ſinè. q. 13. & Iul. Clar. in. §. teſtamentum. q. 14. verſ. Sed nunquid. Quod & nos firmauimus ſupra nu. 50. vſq; ad nu. 56. Cùm intel-

* lectum d. Auth. Quod ſinè. & Auth. Si modò. ex * communi Do-
197 ctorum mente expreſſimus. Et quòd Alexander † loquatur in ter minis teſtamenti in ſcriptis de iure ſpeciali inter liberos, apertiſſimè dignoſcitur ex factorum ſpeciebus, ſuper quibus conſuluit, ex
198 quibus ius † oritur: iux. tex. in l. ſi ex plagis. §. in cliuo. cùm ibi not. per Bar. ff. ad l. Aquil. Item ex eo, quòd ipſe Alex. ſemper allegat d. Auth. Quod ſinè. Rurſus, quia ipſe Alex. allegatur in his ipſis terminis in dd. conſſ. à Natt. in d. Auth. Quod ſinè. q. 13. Qui qui-
199 dem Natt. & ipſe loquitur † ſecundum terminos d. Auth. Quod ſinè. d. q. 13. & q. 14. & q. 15. Prout etiam loquitur Roman. in l. admonendi. & ibi Curt. nu. 153. & Cato Sac. nu. 48. ff. de iureiur. Abb. conſ. 98. in quæſtione. lib. 2. Iul. Clar. in. §. teſtamentum. q. 14. verſ. ſed nunquid. Ruin. conſ. 7. nu. 10. & conſ. 11. nu. 13. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 3. nu. 3. 4. 5. lib. 4. Guid. Papæ conſ. 55. nu. 4. Petr. Rebuf. in Tract. de Chirograph. & ſchedul. recogn. in Præf. nu. 91. & deniq; quiſquis vnquàm dixerit in ſcriptura teſtamenti patris inter liberos tempus eſſe neceſſarium: cùm omnes nitantur d.
200 Auth. Quod ſinè. Explorati iuris eſt enim Doctores † intelligendos eſſe ſecundum leges, quas allegant: vt inquit Bar. in l. non ſo-
* lum. §. ſi liberationis. ſub nu. 7. ff. de libe. lega. cuius Doctrina * cõmuniter eſt approbata: vt atteſtatur Soc. Iun. conſ. 14. nu. 10. lib. 4. Iaſ. in l. cùm filioſa. nu. 129. vbi multos citat. Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in ver. Teſtamentum. I. nu. 62. de teſtamen. Curt. Iun. conſ. 41. nu. 6. Ceph. conſ. 92. nu. 32. & conſ. 116. nu. 10. & conſ. 179. nu. 13. Celeberr. I. C. D. Paulus Leonius in Tract. Subſtitutio-
201 num, in præludijs nu. 77. Nos autem † loquimur, non quidem ſecundum terminos d. Auth. Quod ſinè. in quibus noſtra minimè verſatur quæſtio: ſed ſecundum terminos Doctrinæ communiter approbatæ Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demon. Hoc eſt, cùm agitur de teſtamento nuncupatiuo nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos: in quibus terminis noſtra pro-
202 priè verſatur quæſtio: in qua ſpecie † taſtamenti conficienda dicimus apponendum non eſſe tempus de neceſſitate in ſchedula: Nec ipſe Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. aut alius ex Doctoribus, qui Bartoli iuſtiſſimas partes ſequuntur, quos ſupra congeſſimus nu. 75. 76.
* vbi probauimus Bartoli opinionem eſſe * receptiſſimam, dixit vnquàm aut mente concepit in ipſa ſchedula teſtamenti nuncupatiui nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos, tempus neceſſariò eſſe apponendum: vt ex omnium liquidò conſtat inſpe-

 ctione,

ctione, & animaduerſione.

203 Ratio enim, quare † tempus requiratur in ſchedula teſtamenti in ſcriptis de iure ſpeciali inter liberos iux.formam d. Auth. Quod ſinè. illa eſt, quia cùm teſtamentum pluries fieri, & mutari poſſit: & ſic plures, ac diuerſæ confici poſſint ſchedulæ teſtamenti in ſcriptis de iure ſpeciali inter liberos, iux.normam d. Auth Quod ſinè.
204 Ratum eſſe debet illud teſtamentum, † rataq; illa teſtamenti ſchedula ſic inter liberos facta, quæ per temporis appoſitionem poſtremo, & vltimo omnium loco facta comperitur. l. omnium. C. de teſtamen. Quo fit vt ratione dubitationis tollendæ temporis inſcriptio in ipſa ſchedula requiratur. Hanc rationem in ſpecie aſſignat Bal. in d. Auth. Quod ſinè. nu. 4. cui adſtipulatur eodem loco Salyc. & Natt. q. 13. ſub nu. 30. Abb. d. conſ. 98. lib. 2. Ruin. d. conſ. 7. ſub nu. 10. lib. 3. Soc. Iun. d. cõſ. 3. nu. 3. 4. lib. 4. Guid. Pap. d. conſ. 55. nu. 4. Petr. Rebuf. in d. Tract. de Chirograph. & ſched.
205 recogn. in Præfat. nu. 91. Sic videmus apponendum † eſſe tempus hac ipſa ratione, ſaltem de conſilio, in teſtamento in ſcriptis de iure communi (cuius quidem naturam imitatur teſtamentum in ſcriptis de iure ſpeciali) vt tradit Ioan. Fab. in. §. poſſunt. in fi. Inſti. de teſtamen. Roland. à Val. conſ. 36. nu. 5. lib. j. Hinc etiam tradi-
206 tum eſt, quòd licet † tempus non ſit de ſubſtantia in priuata ſcriptura, nihilominus ad probandam prioritatem, & poſteritatem temporis, dies requiritur in ipſa priuata ſcriptura: vt tradit Ang. in. §. ſi quis. Auth. de inſtru. caut. & fide. Gab. Saray. in Annot. ad Matheſ. ſing. 45. Nota, quòd tempus. Qua ratione cautum etiam
207 fuit, vt Annorum † Domini, Menſis, & Diei mentio fieri debeat in quolibet inſtrumento: vt latè tradit Didac. Couar. Pract. Quæſt.
208 cap. 20. ſub nu. 1. & 2. Hæc autem ratio † ceſſat prorſus in teſtamento nuncupatiuo nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos confecto, iux. communem illam Doctrinam Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. cùm nulla ambiguitas cadere poſſit circa ſchedulam teſtamenti, quàmuis non habentem tempus, quam pater aſſerat coram teſtibus ſe dimiſiſſe penes talem, puta Titium, velleq; illã ipſam eſſe ſuum teſtamentum: ex quo verba teſtatoris non quidẽ pluraliter, ſed ſingulariter concepta fuerunt: atq; ita non plures
209 ſchedulas, ſed vnicam tantùm ſchedulam (ſalua † ratione recti ſermonis, quæ ſemper eſt attendenda. l. Plautius ff. de auro, & argẽt. legat.) oſtendunt, præ ſe ferunt, ſignificant, importanr. Singula-
210 ris enim † numerus non patitur pluralitatem. C. gaudemus. ibi

*Nec dixit adhærebit vxoribus, ſed vxori.* de diuor.c.cum in illis.§. fin.de prebend.lib.6.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtamen.tutel.not.Inno. in c.debitum.in ver.Prothoplaſtus. ante nu.2.de bigam. tradit Bal.conſ.242.Factum tale eſt.quidam B.col.j.verſ.circa iſtud lib.3. Corn.conſ.52.nu.9.& conſ.116.nu.6.lib.j. Riminal.conſ. 27.nu.7.& conſ.201.nu.20. Grat.Reſp.23.nu.16. & ſeq. lib.2. Natt. conſ.112. nu.2. & conſ.164.nu.30. & conſ 501.nu.35. &
211 conſ.506.nu.4. Et ſanè non minus ex communi vſu † loquendi, quàm ex proprietate verborum illud obtinere iamdiu compertũ eſt, vt cùm volumus rem vnam deſignare, vtamur numero ſingulari: at cùm volumus deſignare plures, vtamur numero plurali: vt
212 rectè admonet Alba conſ.27.nu.3. Cùm ergo in propoſita † facti ſpecie teſtator voluerit, ac diſpoſuerit ſchedulam illam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, quam tranſmiſit ad Generum ſuum, fore, & eſſe ſuum teſtamentum, & ſuam vltimam voluntatem: vt omnes teſtes aſſeuerant, ſicuti ſupra demonſtrauimus nu.101. vſq; ad nu.147. Atq; ita ſingulariter tùm reſpectu ſchedulæ, tùm reſpectu Generi loquutus fuerit: ſuperuacaneum eſſet expetere tempus in hac ipſa ſchedula ratione dubitationis tollendæ: cùm nulla prorſus dubitatio circa memoratam ſchedulam ſingulariter, clariſſimeq; demonſtratam cadere poſſit. Sic ergo à ceſſante ratione demonſtratur non eſſe arguendum de diſpoſitione d.Auth. Quod ſinè.ad d.cõmunẽ Doctrinã Bar.in d.l.ſi ita ſcripſero.Quod
213 arg. † à ceſſante ratione in iure noſtro eſſe receptiſſimum, nemo eſt, qui neſciat.l.quod dictum.ff.de pact.l. adigere.§.quàmuis.ff. de iure patro.plurima congerit ad hanc ſpeciem argumentationis Tiraquel.in Tract.Ceſſante cauſa. per totum quidem, ſed in ſpecie nu.130.legis cauſa, ſiuè ratione, &c. cum ſeq.

214 Conſidero etiam † temporis appoſitionem ea ratione neceſſariam eſſe in ſchedula teſtamenti in ſcriptis de iure ſpeciali inter liberos facti iux.formam d. Auth.Quod ſinè.vt per ipſam temporis addiectionem perfectio paternæ diſpoſitionis deprehendatur.
215 Nam temporis inſcriptio † denotat ſcripturæ perfectionem: vt tradit Bal.in l.contractus.nu.6.C.de fide inſtru.Bertrand. cõſ.44.
216 nu.11.vol.2.par.j. Sed iſta etiam ratio ceſſat † in teſtamento nuncupatiuo nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos cõfecto, iux.normam receptiſſimæ Doctrinæ Bar.in d.l.ſi ita ſcripſero. Quandoquidem perfectio paternæ diſpoſitionis euidentiſſimè perſpicitur ex eo, quòd pater ipſe deliberata mente teſtandi

coram teſtibus aſſeuerat ſe velle ſchedulam manu ſua ſcriptam, ac penes talem (vt in caſu noſtro penes Generum dixit teſtator noſter) dimiſſam eſſe ſuum teſtamentum: quàmuis in ipſa ſchedula de die, menſe, & anno nulla fiat mentio. Tunc enim voluntate
217 ſua coram teſtibus ſic nuncupata, † quid eſt, obſecro, quod de perfectione diſpoſitionis dubitetur, quæ proculdubio eſt perfectiſſima? .§.fin.Inſti.de teſtamen.l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.C.eo.tit.quod in terminis cenſuit Corn.d.conſ.118. in fin. & d. conſ. 306. ſub nu. 17. verſ. Item dicta Auth. lib. 3.
218 Equidem non minus † abſurdum eſſet dicere, quòd in teſtamento nuncupatiuo nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos concepto, ac formato iux.communem Doctrinam Bar.in d.l.ſi ita ſcripſero. quale eſt teſtamentum, de quo agitur, temporis appoſitio ſit neceſſaria: quàm dicere, quòd in teſtamento nuncupatiuo nuncupatione explicita de iure communi (cuius certè naturam ſequitur teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos) temporis mentio ſit neceſſariò
219 facienda: quod proculdubio eſſet abſurdiſſimum, † per tex. in d. .§.fin.Inſti.de teſtamen.& in d.l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.C.eod.tit. vbi apertiſſimè dignoſcitur, quòd ad eſſentiam ipſius teſtamenti nuncupatiui temporis appoſitio nō exquiritur.

220 Fateor quidem quòd ad probationem, † & iuſtificationem teſtamenti nuncupatiui, ſiuè nuncupatione explicita, ſiuè nuncupatione implicita, de qua nuncupatione nullum fuerit confectum inſtrumentum, requiritur quòd teſtes ſuper ipſo teſtamento recepti deponant de tempore, quo teſtator voluntatem ſuam coram
221 eis nuncupauerit: tùm vt appareat de † prioritate, & poſteritate teſtamenti, ſi quod aliud adeſſet teſtamentum, vt in caſu noſtro: & ita conſtare poſsit quòd teſtamentum, tanquàm poſtremum, debeat præualere, & obtinere: iux.tex.in.d.l.omnium.C.de te-
222 ſtamen. tùm vt perſpiciatur an teſtes † perfectè probent, nec ne: quia, ſcilicet, ſint conteſtes, vel ſingulares: vt in ſpecie inſtruit Spec.in Tit.de inſtru.editio.§.compendiosè nu.39. Ad huius autem materiæ clariorem doctrinam, &c. tradunt Doct. in l. publicati.C.de teſtamen.& non obſcurè ſenſit Bal.conſ.169.Quòd cedula debeat releuari verſ.Et poſito quòd nulla ſcriptura.lib.2.Qua
223 tenus in terminis inquit dicta † teſtium redigi debere in ſcripturā publicam ad perpetuam ei memoriam, quando nulla fuit facta ſcriptura publica de voluntate patris teſtantis: ex quo præſuppo-

ponitur teſtes probare debere de tempore nuncupatæ voluntatis paternæ ad hoc, vt appareat eos cõteſtes eſse, & eorũ aſsertio facta ad æternam rei memoriam ſubſiſtat. Quod etiam hac ipſa ratione ſenſit manifeſtè Natt.in d.§.ex imperfecto.q.37.in fin.verſ. Cautum eſt tamen.cùm & ipſe ſequutus Speculatorem, & Baldũ,
224 admonet † eum, qui innititur teſtamento patris facto ſimpliciter de iure ſpeciali coram duobus, vel tribus teſtibus ſinè ſolenni ſcriptura, curare debere, vt quàmprimum examen fiat teſtium ad perpetuam rei memoriam coram Iudice, de voluntate teſtatoris,
225 citatis his, quorum intereſt, &c Et hoc ipſum poſt gloſ. † in l.fin. in ver. depoſitionibus. ibi. *Sed quid ſi nuncupatiuum non ſit in ſcriptis redactum?* C. de edic.Diui Adrian. tol. apertiſsimè ſentiunt Bar. Bal. Salyc. Angel. Alex. Iaſ. & Hubert. Zuchar. qui ſub nu.
* 346.verſ.Fallit ſecundo. atteſtatur gloſ.illam * communiter ab omnibus receptam fuiſſe à Bartolo, vſq; ad Curtium. Cuius tamen
226 Curtij † contra gloſ.inſurgentis opinionem reprobat ipſe Zuchar. eodem loco. Et in illa ipſa Curtij opinione erronea fuit etiam Sebaſt.Sapia in d.l.fin.nu.84.motus eodem fundamento, quo mouetur Curtius; nulla tamen facta mentione de ipſo Curtio: quãuis ipſe Sapia ibidem ante nu.83.fateatur * omnes Doctores cum ipſa gloſ.pertranſire. Sed Sapiæ opinionem ſimul, & ſemel reprobare cenſetur Zuchar.eodem loco, cùm reprobet Curtium eo ipſo fragili admodum fundamento ſe nitentem, quàmuis Sapiam non commemoret, cuius fortè ſcripta in lucem adhuc non perueniſsent. Concluſio eſt igitur memoratæ gloſ. † & Doctorum cõmuniter, quòd beneficium ipſius.l.fin.C.de edic.Diui Adria. tol. locum ſibi vendicet etiam in teſtamento nuncupatiuo, quod minimè redactum ſit in ſcriptis per notarium,ſi ad probandum teſtatoris nuncupatam voluntatem ſolennis teſtium numerus examinetur, & publicetur ſecundum formam.l.publicati.C. de teſtamen.
227
228 Quæ quidem concluſio non ſolùm † procedit in teſtamento nuncupatiuo ſolenni: hoc eſt, coram ſeptem teſtibus facto: ſed etiam obtinet in teſtamento nuncupatiuo minus ſolenni, & imperfecto in caſibus, in quibus teſtamentum minus ſolenne, & imperfectum valet: puta, inter liberos coram duobus teſtibus, & his quidem fœminis, ac minimè rogatis,ſed fortuitis: iux.diſpoſitionem d.§. ex imperfecto.vt inquit ipſa gloſ.in d.l.fin. in ver. depoſitionibus. ibi. *Et idem Aldericus.* C.de edic.Diui Adria.tol.quam gloſ.& in hoc approbãt Spec.Cyn.Bar.Bal.Salyc.in locis per ipſum Zuchar.
citatis

citatis in d.l.fin. nu.348. qui pariter ipſius gloſ. ſententiam com-
229 muniter approbatam amplectitur. Declarando tamen † illam procedere tantùm quo ad filios, ac deſcendentes: ſecus autem quo ad alios venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis: vt ibi per ip-
230 ſum Zuchar. Fateor † inquam (vt ad rem noſtram reuertamur) quòd ad probationem, & iuſtificationem teſtamenti nuncupatiui ſiuè nuncupatione explicita, ſiuè nuncupatione implicita, de qua nuncupatione nullum à notario confectum fuerit inſtrumentum (vt accidit in caſu noſtro ob culpam ipſius notarij) requiritur, quòd teſtes ſuper ipſo teſtamento recepti deponant de certo tempore, quo teſtator voluntatem ſuam coram eis nuncupauerit, rationibus ſupradictis, iux. normam Speculatoris, & aliorum, quos proximè ſupra commemorauimus: veruntamen teſtamentum, de quo verba facimus, ita ex hoc capite iuuatur, roboratur, ac firmatur, vt nullus ſuperſit locus ad dubitandum. Quandoquidem te-
231 ſtes † omnes recepti ſuper ipſo teſtamento D. Celſi concludentiſſimè, cōſtantiſſimè, atq; (vt ita dicam) vniti ſſimè deponunt ipſum D. Celſum die vigeſimoprimo Menſis Iulij Anno Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Octauo deliberata mente teſtandi voluiſſe, ac diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, quā ad Generum ſuum miſerat, fore, & eſſe ſuum teſtamentum, & ſuā vltimam voluntatem. Et ipſi teſtes omnes non ſolùm deponunt de Anno, Menſe, & Die; ſed etiam de loco, & de loco loci, & de præſentibus perſonis, ac tandem de omnibus illis circunſtantijs, (in quibus optimè conueniunt) quas commemorat Spec. in d. §. compendiosè. nu.39.

Quare iam omnibus obuiam eſſe poteſt nimis ſuperſtitiosè, ac
232 † ſophiſticè à quibuſdam tempus expoſtulari. in ſchedula teſtamenti D. Celſi, quod eſt nuncupatiuum nuncu patione implicita de iure ſpeciali inter liberos, iux. communem illam Doctrinam Bar. in d.l.ſi ita ſcripſero. in qua quidem teſtamenti ſpecie noſtra propriè verſatur quæſtio: vt probauimus ſupra nu.95.96.97.98. Eo prætextu, quòd in ſchedula paterni teſtamenti tempus ipſum neceſſariò ſit apponendum, iux. diſpoſitionem d. Auth. Quod ſinè.
233 Cùm luce meridiana clarius eluceat † illud ſibi locum duntaxat vendicare in teſtamento in ſcriptis de iure ſpeciali inter liberos, ſecundum terminos d. Auth. Quod ſinè. & Doctores omnes tempus ipſum in ipſa ſchedula expetentes ſemper loqui ſecundum terminos d. Auth. Quod ſinè. Maximamq; diuerſitatis rationem inter

vnam,

vnam, & alteram teſtamenti ſpeciem militare. Atq; (vt tandem
234 concludamus) quòd † diſpoſitio d. Auth. Quod ſinè. procedat duntaxat in teſtamento in ſcriptis: non autem in teſtamento nun-
* cupatiuo * cõis eſt Doctorum ſententia: vt atteſtatur Corn. in ipſa Auth. Quod ſinè. ſub nu. 1. & d. conſ. 118. in fin. & d. conſ. 307. nu. 17. lib. 3. Quod ſupra ſemel diximus, cùm nu. 50. vſq; ad nu. 61. de teſtamento patris inter liberos confecto iuxta formam d. Auth. Quod ſinè. loquuti ſumus. Et ita manifeſtè patet, quàm fragile, &
235 † caducum ſit hoc temporis fundamentum, in quo pars aduerſa magnum (vt aiunt) facit capitale: adeò quidem vt vnà cum Decio non poſſim non admirari, quòd Doctor Præſtantiſſimus aduerſæ partis D. Iulius Scarlatinus Regienſis ita in hoc decipiatur: vel fortè cogitauit nos dormientes. Hæc ſunt verba, quibus in ſimili propoſito vtitur Dec. conſ. 35. col. 7. in princ. Si tamen credendum ſit Excellentiſs. illum Doctorum tam malè fundato nixum fuiſſe fundamento. Non poſſum enim mihi perſuadere, quòd ab aliquo Docto viro fiat tale fundamentum, quia pro vero non eſt ad propoſitum. Ita per hæc verba in propoſito haud diſſimili dixit Soc. Iun. conſ. 1. ſub nu. 45. verſ. ſolùm. lib. 3.

Non obſtat etiam quòd Secundo loco dicebam diſpoſitionē teſtatoris relatam ad ſchedulam, prout in caſu noſtro, valere quidem quo ad legata: ſed non quo ad inſtitutionem hæredis. quia
236 Reſpondeo hanc Iaſonis † opinionem in d. §. per nuncupationē.
* frequentiſſimo, quin potius * communi omnium calculo eſſe dānatam: atq; receptiſſimam eſſe omnium Doctorum ſententiam, quòd huiuſmodi diſpoſitio valeat non ſolùm quo ad legata: ſed etiam quo ad inſtitutionem hæredis: vt abundè ſupra probauimus, cùm pleroſq; ad hoc Doctores deduximus nu. 71. vſq; ad nu. 80. Ex quibus nunc retuliſſe ſufficiat Natt. in d. Auth. Quod ſinè. q. 11. & Iul. Clar. in d. §. teſtamentum. q. 4. verſ. ſed pone. & q. 36. verſ. ſed quid ſi teſtator. qui expreſsè, reprobato Iaſone, atteſtan-
* tur hanc eſſe * veram, & communem Doctorum opinionem. Ita
237 vt etiam non officiat † Gulielmum Benedictum in. c. Raynutius. in ver. In extremis poſitus. nu. 42. & nu. 48. verſ. de dicto tamen Bartoli. de teſtamen. dubitaſſe propter ipſam Iaſonis opinionem, nunquid ſententia Bartoli in d. l. ſi ita ſcripſero. ff. de cōdi. & demō. procedat in inſtitutione hæredis: quandoquidem eius dubitatio ex recitata communi Doctorum opinione clariſſimè reſoluatur.
238 Cùm præſertim Gulielmus ipſe ex profeſſo † dubitatiuè loquutus fuerit,

fuerit, ne votum animi ſui hac in re eo tempore aperiret, quo ſimilis quæſtio de facto penderet, & iam pro vna parte conſuluiſſet, ac propterea illius determinationem ſubiiceret: vt ipſe Gul.el. inquit ibi ante nu. 44. Vt inſuper prætercam ſatis liquere † ex tradi-
239 tis per Guliel. ibidem ſub nu. 40. & 41. quæſtionem eius minimè verſari in teſtamento inter liberos: ſed in quo venientes ab inteſtato, qui non erant de liberis, eſſent inſtituti. Is etenim eodem
240 loco expreſsè ſentit in teſtamento † ad pias cauſas, & inter liberos queſtionem clariſſimè reſolutam remanere ad fauorem & Pię cauſæ, & liberorum: cùm in ea teſtamenti ſpecie nulla prorſus ſolennitas requiratur: vt ibi per ipſum Guliel. qua de re iuxta cōmunes Doctorũ ſententias latè ſupra loquuti ſumus nu. 45. vſq. ad nu. 80.

Non obſtat inſuper, quod Tertio loco dicebam diſpoſitionē D. Celſi pendere ab arbitrio Generi, qui poſſet vnam ſchedulam pro alia exhibere, & idcircò tanquàm captatoriam non valere.
241 quia Reſpondeo diſpoſitionem hanc ipſam non pendere † ab arbitrio Generi, poſtquàm teſtator non ſe retulit ad ſchedulam ex arbitrio ipſius Generi fabricatam, vel fabricandam: quo quidem caſu diſpoſitio eſſet captatoria. & ita loquitur tex. in d. l. illa inſtitutio, & in d. l. captatorias. ff. de hæred. inſtit. & in d. l. captatorias C. de teſta. milit. atq; ita declarat Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in ver. Condidit. I. nu. 1. & nu. 3. de teſtamen. & latè poſt alios Didac. Couar. in c. cùm tibi. eod. tit. Sed ſe retulit ad ſchedulam ſui ipſius teſtatoris manu ſcriptam, & ad ipſum Generum tranſmiſ-
242 ſam: & ſic ad ſcripturam de præterito † quo caſu diſpoſitio nō dicitur captatoria: vt in terminis proprijs ad hoc obiectum reſpondens dicit Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. quem * communi calculo cōbrobatum eſſe à Doctoribus ſupra probaui nu. 75. 76. Et quæ ſchedula in indiuiduo illa ipſa fuit per ipſum Generum exhibita,
243 atq; per legitimam literarum † comparationem iuſtificata: quod ſufficit ſecundum * communem Doctorũ ſententiam, teſte Alex. d. conſ. 114. ſub nu. 5. lib. 7. & Natt. in d. Auth. Quod ſinè. q. 8. Quod latè ſupra demonſtrauimus nu. 83. vſq; ad nu. 95.
244 Ex quo etiam ſequitur falſum † eſſe quòd Gener poſſet vnam ſchedulam pro alia exhibere: quia legitima literarum comparatio ex tot, ac tantis rerum argumentis roborata, vt ſupra deduximus nu. 147. cum ſeq. & nu. 166. cum ſeq. & nu. 180. cum ſeq. vſq;
245 ad nu. 188. iſtud non permittit. Et quod magis eſt, fides † ac probitas eius ab ipſo teſtatore ſatis, ſuperq; perſpecta, ac probata

iſtud ipſum non patitur, nec ſuſpicionem quidem admittit: præ-
246 ſertim accedente illius † ſacramento: prout hæc tria, videlicet,
247 † legitimam literarum comparationem: teſtatoris aſſertionem, quòd dimiſerit ſchedulam ſui teſtamenti penes talem, puta Titiū, vel Generum, cuius fides ſic cenſetur approbata: & aſſertionem perſonæ nominatæ per teſtatorem cum eius ſacramento, ad pleniſſimam, & efficaciſſimam ſchedulæ iuſtificationem perficiendam, expendit in terminis Riminal. d. conſ. 254. nu. 9. 10. 11. 12. quem ſupra cum multis alijs deduximus nu. 83. vſq; ad nu. 95. Quibus
248 etiam accedit confeſſio † Procuratoris Aduerſæ partis, ob quam res ponitur extra omnem prorſus difficultatem: vt ſupra latè probauimus nu. 147. vſq; ad nu. 166.

Vt præteream fide, ac probitate ipſius Generi inſpecta (ſi cuiquam hoc modo licet, vt certè licet, ex cauſa de ſe ipſo loqui, pro-
249 ut infrà nu. 254. probabimus) impoſſibile † reputari, quòd ſchedula per illum ſupponatur: cùm fieri non poſſe illud cenſeatur, quod ſinè dedecore fieri non poteſt. l. in eadē. ff. ex quib. cau. maio. cum pluribus cōgeſtis à Tiraquel. in Tract. De Nobilitate cap. 20. nu. 63. Nobilis ab alio impetitus. & nu. ſeq. Nec etiam preſumen-
250 dum ſit † quem facere velle, quod à iure, ac bonis moribus prohibetur. l. quamquàm. ff. de ritu nupt. tradit Aymon Crauet. conſ.
251 245. nu. 12. cum ceteris per eum ibi relatis. Et illa præſumptio † ſit ſemper in dubio amplectenda, per quam delictum excluditur, & bonitas alicuius defenditur, tanquàm præſumptio naturæ conſonans. l. meritò. ff. pro ſocio. tradit Alciat. in Tract. De præſumptionib. Reg. 3. præſump. j. Bertrand. conſ. 18. in princ. vol. 3. par. 2. Aymon Crauet. conſ. 8. nu. 7. & conſ. 60. nu. 7. & conſ. 75. nu. 21. Chaſſenæ. cōſ. 53. nu. 7. Iac. Philip. Port. Cōcluſ. Reg. & Com. opi.
252 lib. 2. concl. 20. & concl. 21. Et in ſpecie præſumptio † illa ſemper in dubio ſit fouenda, per quam falſitas excluditur: vt inquit Alex. conſ. 70. nu. 1. lib. j. & conſ. 93. nu. 8. lib. 5. Barbat. conſ. 77 lib. 4. vbi plurima congerit. Dec. conſ. 175. ante nu. 5. verſ. ſecundò prætermitto. vbi alios citat.
253 Poſſem etiam addere Generum † eſſe virum honeſtum, grauē, nobilem, ſpectatæ fidei, ex bona progenie, boniſq; parentibus ortum, in dignitate poſitum, & virtutibus deditum: ex quibus, & alijs etiam qualitatibus, quæ ſilentio inuoluuntur, propulſatur omnis, quæ apud maleuolos, & inimicos ſuboriri, & ab eiſdem diſſeminari poſſet ſuſpicio, ne quid fortè circa ſchedulam teſtamenti

Soceri

Soceri ille egiſſet, quod dedecori, aut vitio verti poſſet: ex his, quę in propoſito tradit Grat. Reſp. 30. nu. 9. & ſeq. lib. 2. quà de re plura congerit Barba. conſ. 12. ſub nu. 14. 13. 14. lib. 2. & d. conſ. 77. ante nu. 3. verſ. ſecundo præmitto. lib. 4. Dec. d. conſ. 175. ſub nu. 5. verſ. & prædicta videntur. Ioan. de Amic. conſ. 86. nu. 13. Iacob. Philip. Port. conſ. 5. nu. 67. & conſ. 95. nu. 16. & conſ. 206. nu. 13. Gandin. in Tract. De Maleficijs. Rub. De Pręſump. & indic. indub. col. 2. verſ. Præſumptio enim naturæ. Guid. Pap. in Tract. De Præſumptionib. ſub nu. 13. & ſub nu. 43. Præclarus I.C.D. Phanucius in Tract. de Iureiur. in litem. in 2. Memb. 2. par. nu. 48. 49. Sed omnibus iſtis huberius Tiraquel. in Tract. de Poenis, &c. cauſa 51. per totam quidem illam: ſed præſertim nu. 25. cum omnibus ferè
254 nu. ſeq. Nec ſuperbiæ, † aut iactantiæ tribuendum hoc eſſet: quãdoquidem non directè, & ob gloriam, quod quidem prohibetur: ſed ex cauſa, nempè ad euadendas maleuolorum, & inimicorum detractiones, & calumnias, quod iure conceditur, noſmetipſos commendaremus: iux. diſtinctionem, quam hac in re attulit Ioan. Andr. in. c. niſi. col. 4. in ver. aſſerit. de renuncia. & Card. Alex. poſt Bellamer. in. c. tenere. in gloſ. j. Diſ. 31. de qua non meminit Chaſſenæ. in Catal. Gloriæ mundi. in. 5. par. 59. conſider. Veruntamen
255 hoc defenſionis † genus omitrere decreuimus: tùm quia animus noſter ab hac ambitioſa titulorum, & virtutum commemoratione ſemper abhorruit: tùm etiam quia ab hac maleuolorum, & inimicorum detractione, & calumnia, conſcientia noſtra nos ipſos liberos eſſe demonſtrat. Habemus enim Paulum dicentem (vt
256 verbis vtar Gregorij Pont. Max.) Gloria noſtra † hæc eſt, teſtimo-
257 nium conſcientiæ noſtræ. Iob quoq; dicentem. Ecce in † cœlo teſtis meus. Si ergo eſt nobis teſtis in cœlo, teſtis in corde: dimittamus ſtultos foris loqui, quod volunt. Quid enim aliud
258 detrahentes † faciunt, niſi quòd in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant, vt vndè plus detractionis perflant: indè magis nihil veritatis videant? Hæc ſunt verba Gregorij regiſtrata in
259 c. inter verba laudantium. 11. q. 3. Quod ſi etiam viris † bonis, integerrimiq; iudicij, ac optime de re ipſa ſentientibus videbimur pro re ipſa luce meridiana clariori plura verba feciſſe, quàm neceſſitas vrgeret: Et, quod de Protogene ferunt dixiſſe Apellem, Manum de tabula tollere nos neſcire: quod è noſtris retulit Hierony. Zanch. in Præfat. Repet. §. cũ ita. l. hæredes mei. ff. ad trebel. Sciant omnes non tàm demonſtrandę gratia rei, ſatis, ſuperq; de-

monſtratæ: quàm famæ noſtræ conſeruandæ, cuius ſemper zeſotypes fuimus, orationi noſtræ laxiores habenas nos ipſos dimiſiſ-
260 ſe. Conſcientia † enim nobis eſt neceſſaria: fama autem proximo noſtro. Et qui confidens conſcientiæ negligit famam, crudelis eſſe cenſetur. c. non ſunt audiendi. 11. q. 3. c. nolo vt aliquis. 12. q. 1.
261 Curam † habe de bono nomine. hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri precioſi, & magni. Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum: inquit Eccleſiaſt. cap. 41. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: ſuper argentum enim, & aurum, gratia bona. dixit Sapiens Pro-
262 uerb. cap. 22. Bona fama, † quam multi populi amant, eſt theſaurus hominis inæſtimabilis, ac iucundus: & ſicut lilium dat ſuauitatem odoris: inquit Bal. in. l. j. ante nu. 10. C. de confeſs.

Non obſtat quoq; quod Quarto loco dicebam teſtamentum
263 imperfectum ratione voluntatis † nec inter liberos valere, quàmuis ſecus ſit ſi imperfectum ratione ſolennitatis exiſtat. & hoc, de quo agitur teſtamentum ex eo imperfectum videri ratione vo-
264 luntatis, quia D. Celſus volebat, † quòd de vltima voluntate, ac diſpoſitione ſua Notarius accerſitus conficeret inſtrumentum: quod cùm minimè factum ſit, videri teſtatoris voluntatem in ſuſpenſo remanſiſſe, & potius præparatam fuiſſe, quàm ad exitum
265 perductam. quia Reſpondeo hac in re plures caſus † expendendos eſſe, ex quibus clara, & aperta ad contrarium orietur ſolutio.

266 Primus † enim caſus eſt, quando teſtator in actu teſtamenti deficit antequàm teſtamentum ipſum ſit abſolutum. qua de re pulchrum nobis attulit exemplum Iabolenus in l. ſi quis cùm teſtamẽtum: aliàs, ſi is qui. ff. de teſtamen. *Si quis* (inquit I.C.) *cùm teſtamentum faceret, hæredibus primis nuncupatis, priuſquàm ſecundos hæredes exprimeret, obmutuiſſet, magis cepiſſe eum teſtamentũ facere, quàm feciſſe Varus* Digeſtorum *libro primo Seruium reſpondiſſe ſcripſit. Itaq; primos hæredes ex eo teſtamento non futuros. Labeo tunc hoc verum eſſe exiſtimat, ſi conſtaret voluiſſe plures eum, qui teſtamentum feciſſet, hæredes pronunciare. Ego nec Seruium puto aliud ſenſiſſe.* Hactenus I. C. Ex qua lege ſatis liquet teſtamentum ratione voluntatis imperfectum cenſeri, quando conſtat teſtatorem perfectè voluntatem ſuam non expreſſiſſe, ac declaraſſe: quia, ſcilicet, plus quàm dixit, volebat dicere: ſed vel morbo, vel morte,
267 vel alio impedimento vlterius non fuit progreſſus. Et iſto † quidem caſu teſtamentum non valet etiam inter liberos. Ita concludit Bar.

dit Bar.in d.l.ſi quis cùm teſtamẽtum.aliàs,ſi is,qui. vbi & Alber. Bal.Imol.Pau.Caſt.& ceteri Doct. tradit Alex.de Neuo conſ. 14. nu. 1.Pau.Caſt.conſ.451.viſis, & examinatis atteſtationibus.col. 2.verſ.reſtat reſpondere.lib.j.ſeu (vt aiunt) in Antiquis.Natt.poſt alios in d.§. ex imperfecto.q.28,nu.139.cum ſeq. Boër.d.Deceſ. 240.nu.5. Didac.Couar.in d.c.relatum.I.nu.9.de teſtamen. Soc. Iun.conſ.71.nu.7.cum ſeq.lib.4. cuius deciſio propriè militat in iſto caſu. Franc.Viuius Com.opi.lib.j.opi. 339. vbi teſtatur hanc
* eſſe * communem,Canonicam, & veriſſimã Doctorum ſententiã.

268 Secundus † caſus eſt, quando teſtator in actu ipſo teſtamenti non erat quidem aliquid aliud dicturus antequàm teſtamentum perficeretur: immò dixit omnia, quæ tunc voluit: ſed tamen imperfectè videtur in ipſo teſtamento diſpoſuiſſe, quia reſeruabat in aliud tempus declarationem ſuæ voluntatis, vt haberet ſpacium deliberandi: habens tamen pro tunc teſtamentum pro abſoluto, quia nihil aliud de præſenti diſponere intenderet: & tunc iſta reſeruatio non vitiat actum teſtamenti, quod ſemel teſtator habuit pro abſoluto. Exempla nobis traduntur per Imp.in l.ſi teſtamen-
269 tum.C.de inſtit.& ſubſt. Vbi ſi teſtator † inſtituat hæredem ſecundum conditiones infraſcriptas: licet poſtea nullas conditiones aſcribat, tamen valet teſtamentum. Sicuti quando teſtator reli-
270 quit † Vicos Reipub.& dixit ſe alia ſcriptura deſignare velle fines Vicorum, & formam annui certaminis celebrandi, licet poſtea morte præuentus illa non fecerit,valet legatum, nec corruit ratione imperfectionis voluntatis: vt ibi dicitur: & in l.cùm pater.§. fin.de leg.2. Exemplum etiam optimũ affert I.C. in l.2. in princ. ff. de hæred. inſtit. Vbi ſi teſtator inſtituat hæredes ex partibus,
271 † quas infrà aſcripſerit: vel ſub conditione, ſi partes eis aſcripſerit: nullis deinceps partibus aſcriptis, valet nihilominus inſtitu-
272 tio. Et ita tradit † not. Aret.in d.l ſi teſtamentum.C.de inſtit. & ſubſt.& Natt.in d.§.ex imperfecto.q.28.nu. 144. Vbi dicit hoc eſſe valde notabile pro limitatione totius materiæ. & ibi allegat Pau.Caſt.conſ.138.aliàs,160.in cauſa, quæ vertitur Pergami.lib. 2.ſeu(vt appellant)in Nouis.Vbi dixit teſtatoris voluntatem im-
273 perfectã † non cenſeri, licet ille dixerit ſe velle cogitare, an vellet aliquid relinquere ſuis conſanguineis: cùm pro tunc ipſam ſuam voluntatem vltimam habuiſſet pro perfecta, & abſoluta. Addo ego Ruin.conſ.1.ſub nu.22.verſ. Non obſtat dum tertio. & verſ.
274 ſeq.lib.2. Vbi ſcriptum reliquit teſtamentum † dici imperfectum ratione

rationę voluntatis, quando apparet quòd teſtator in ipſa cõfectione teſtamenti, & in ipſo actu teſtandi erat aliud dicturus, quod nõ dixit, quia non potuit, fortè præuentus morte. Sed ſi reſeruauit aliquid dicendum in aliud tempus, tunc ſecus, quia talis reſeruatio non arguit imperfectionem voluntatis, nec facit quin tale teſtamẽtum dicatur perfectũ: vt ibi probat Ruin. poſt Aret. Ant. de Prat.
275 Vet. & Alex. in locis ibidem relatis. Ex quo infert † Ruinus à multò magis idem eſſe in caſu, ſuper quo ipſe conſuluit, in quo teſtator tempore teſtamenti non dixit, quòd alio tempore vellet aliquid addere, vel differre: quamuis Notarius ſolus dixerit eſſe melius in
276 aliud tempus differre: quia non eſt curandum † quòd notarius nõ habuerit teſtamentum pro perfecto, ex quo de diſpoſitione teſta-
277 toris per teſtes apparet, & quæ in dubio † perfecta præſumitur.
278 Subditq; Ruinus non obſtare quòd etiam † ſequenti die ad interrogationem Notarij teſtator dixerit, velle ſuum teſtamentum perficere: quia per hoc non ſequitur quin teſtamentum prius conditũ die præcedenti, habuerit tunc pro perfecto, & abſoluto: quoniam
279 eſſe poteſt, & ſimul † ſtare poſſunt, quòd ſemel illud habuerit pro completo, & quòd alia die cogitauerit aliquid addere, de quo prius non cogitauerat: & hoc reſpectu potuit nunc, & non tunc
280 illud pro non completo habere. Et ita præſumendum † eſſe dicit ex quo non conſtat, quòd tempore teſtamenti conditi voluerit aliud dicere. Et rurſus ſubdit Ruinus aſſerens hanc eſſe ipſam ve-
281 ritatem, quòd Notarius interrogans, † & teſtator reſpondens intellexit de perfectione, quæ ad ipſum Notarium pertinebat: non autem de illa, quæ ad ipſum teſtatorem ſpectabat: quoniam ille iam perfectè diſpoſuerat: ſed Notarius rogatus ex parte ſua non adimpleuerat, quia ſcripturam non confecerat, nec teſtamentum coram teſtibus publicauerat, vt debuerat, quemadmodum Ruinus ibi deducit, cuius verba ſic fuſius retulimus, vt ex eis ad caſum noſtrum opportunè infrà nu. 522. vſq; ad nu. 526. inferamus. Addo etiam ipſum Ruin. conſ. 15. lib. 2. vbi reſpondet teſtamentum cen-
282 ſeri † perfectum, licet teſtator poſt ſcriptum ipſum teſtamentum à Rectore Parochialis Eccleſiæ, dixerit ipſi Rectori, quòd cras rediret, quia volebat addere, vel detrahere: Cùm enim iam perfectè teſtatus eſſet, probat Ruinus hæc verba non ſuſpendere diſpoſitionem: vt ibi latè per eum. Addo inſuper Cephal. conſ. 99. vbi
283 ex facto reſpondit † teſtamentum ſatis perfectum cenſeri ratione voluntatis, quod pater inter liberos manu propria ſcripſit, quàmuis in

uis in fine addiderit hæc verba formalia. *Et coſi voglio, che ſia. & in ſegno di ciò faccio ſottoſcriuere quiui ſette teſtimoni. ma prima io Tomaſo figliuolo del q. Ser Tomaſo de' Seueri notaro publico Ferrareſe ho teſtato, & ſcritto di mia propria mano.* Et nullus poſtea teſtis ſubſcriptus reperiatur in ipſo teſtamento; rationibus, de quibus ibi latè per ipſum Cephalum. Hoc etiã admittit Grat. d. Reſp. 90. nu. 31. lib. 2. & in eodem caſu Soc. Iun. conſ. 144. nu. 62. 63. 64. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 12. col. 1. & col. pen. verſ. Tenendo præmiſſas.

284 Maximè ſi hæredis † inſtitutio iã fuit expreſſa: vt ibi per eũ col. fin.

285 Tertius † caſus eſt, quando teſtator perfectè voluntatem ſuam expreſſit, ac declarauit; & ipſam pro perfecta, expreſſa, ac declarata habuit. nempè, quia non conſtet, quòd plus voluerit diſponere, quàm diſpoſuerit (quod & in dubio † præſumitur; quia nemo cenſetur habere plus in corde, quàm ore expreſſerit: vt not. inquit in his terminis Bal. in d. l. ſi quis cùm teſtamentũ. alias, ſi is, qui verſ. tertio not. ff. de teſtamen. Ruin. d. conſ. 1. ſub nu. 22. verſ. Non obſtat dum tertio. in fin. lib. 2. Alex. conſ. 74. nu. 3. lib. j. Maximè ſi in ſchedula † teſtamenti hæredum adſint inſtitutiones: vt dixit Fernand. Vaſqui. in Tract. De ſucceſ. creat. §. 22. ante nu. 7. verſ. tertius caſus.) exempli gratia, quia voluntatem ſuam totam, & integram ſcripſit in ſchedula: ſed tamen eam non publicauit coram teſtibus, ac notario, & moritur. Iſto quidem caſu quàmuis teſtamentum † non valeat inter extraneos: valet tamen inter liberos, ſi quoquomodo ſchedula, iuxta ſuperius nu. 57. 58. 59. 60. tradita iuſtificetur: quia tunc teſtamentum cenſetur imperfectum ratione ſolennitatis tantùm, quæ inter liberos non attenditur: vt iam ſupra nu. 45. 46. cum mul. ſeq. ex * cõmuni Doctorum ſententia probauimus. Ita inquit † Bar. in d. l. ſi quis cùm teſtamentũ alias, ſi is, qui. nu. 4. ff. de teſtamen. Alex. de Neuo. d. conſ. 14. ſub nu. 2. ver. dicitur etiam. Et hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam atteſtantur Alex. d. conſ. 114. nu. 7. lib. 7. Boër. d. Deciſ. 240. ſub nu. 4. Cephal. d. conſ. 99. nu. 3. Fernand. Vaſqui. in Tract. De ſucceſ. creat. §. 22. ſub nu. 6. verſ. Quid dicendum? & in Tract. De ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 44. verſ. Quid ſi teſtamentum inter liberos erat imperfectum. Franc. Viuius Com. opi. lib. 1. opi. 339. ver. Sed hoc non procederet.

290 Quartus † eſt caſus, quando teſtator feciſſet ſcribi voluntatem ſuam ab aliquo; & eam ordinaſſet coram duobus teſtibus: & poſtmodum iuſſit notarium, & plures teſtes accerſiri, vt de dicta voluntate

luntate ſua publicum conficeretur inſtrumentum: ſed antequàm actus iſte coram teſtibus per notarium expediatur, teſtator morte ſit correptus. Hoc enim caſu communis eſt Doctorum concluſio,
291 quòd Aut † ex verbis teſtatoris apparebat, quòd nolebat tunc teſtari, ſed quòd ſe præparabat ad teſtandum: puta, quia dixit velle in aliud tempus confectionem teſtamenti differre: vel quia perfectionem actus teſtamenti diſtulit mandans, vt ea, quæ in ſcriptis per priuatam perſonam redigi fecerat, traderentur notario ſcribēda, & in publicam formam redigenda in ſui, & teſtium præſentia: quæ verba manifeſtè ſignificant, & præ ſe ferunt teſtatorem noluiſſe priorem ſuam ordinationem eſſe teſtamentum, niſi interueniente rogitu notarij, & confecto publico inſtrumento: & tunc voluntas teſtatoris videtur ſuſpenſa, donec inſtrumentum conficiatur per notarium: adeò vt ſi interim teſtator moriatur, talis diſpoſitio non valeat in vim teſtamenti nec ad pias cauſas, nec inter liberos tanquàm teſtamentum imperfectum ratione voluntatis.
292 Et in his terminis † loquuntur Doctores in ipſo quarto contrario deducti, videlicet, Oldra.d.conſ. 119. Titius cōdidit teſtamentū. Ioan. Andr. in Addi. Spec. in Tit. De inſtru.editio. §. compendioſè. in Addi. ſub nu. 31. in ver. ex parte. verſ. Sed fuit quæſtio de facto. Pau. Caſt. d. conſ. 449. aliàs, 463. viſa dicta facti narratione. lib. 2. ſeu (vt aiunt) in Nouis. Dec. d. conſ. 159. & in eodem caſu Iaſ. d. conſ. 155. lib. 4. & quotquot ab ipſo Decio, & Iaſone ibi relati fuerunt, vel alijs in locis alij eandem Oldradi, & Ioannis Andreæ ſententiam approbauerunt: vt Ruin. conſ. 7. & conſ. 11. lib. 3. Dec. conſ. 488. qui conſuluit in eodem caſu, quo Ruin. d. conſ. 7. Guid. Pap. conſ. 55. nu. 3. qui tamen Oldradum, aut Ioan. Andream non
293 allegat. Aut ex verbis teſtatoris, & inſpectis negotij circunſtantijs apparebat, quòd tunc, omni mora poſtpoſita, volebat teſtari, & habebat voluntatem ſuam pro deliberata, & perfectè declarata: vt quia teſtator ipſe in mortis articulo eſſet conſtitutus, & notariū accerſiri iuſſiſſet condendi gratia teſtamenti, & protuliſſet verba apta ad teſtamenti confectionem, vt puta, *Volo ſchedulam penes Caium à me dimiſſam eſſe meum teſtamentum*: vel, *ſchedula penes Caium à me dimiſſa eſt meum teſtamentum.* Et tunc vocatio notarij de iuſſu teſtatoris non ſuſpendit voluntatem ipſius iam perfectam, & abſolutam: ſed potius denotat illius deſiderium, vt quò magis voluntas eius ſit in aperto, publicum de illa conficiatur inſtrumentum: quod licet factum non fuerit, nihil impedit quominus ipſa
teſtatoris

teſtatoris voluntas effectum ſortiatur inter liberos, & ad pias cau-
294 ſas, poſtquàm illa ipſa per teſtes legitimè probatur. Ita inquit † Pau.Caſt.d.conſ.451. Viſis, & examinatis atteſtationibus. col.2. verſ.Reſtat reſpondere. & verſ. Præterea licet miſſum fuerit pro notario. lib.j. vel (vt appellant) in Antiquis. & d.conſ.138. alias, 160. in cauſa, quæ vertitur Pergami.in princ.lib.2.ſeu (vt dicunt) in Nouis.Alex.conſ.105.nu.3.4.9.lib.7. Corn conſ.118. & cõſ. 307.lib.3.Ruin.d.conſ.1.& d.conſ.15.lib.2.Aret.in d.l.ſi quis cũ teſtamentum. aliàs, ſi is, qui.col.2. ff. de teſtamen. vbi atteſtatur
295 opinionem † contra Ioan.Andream in loco præcitato eſſe * com-
* muniorem: quod etiã aſſerit Ruin.conſ.71.nu.22.lib.3. Soc.Iun. conſ.144.nu.58.59.60. lib.2. qui loquitur in terminis proprijs.
296 Et ſubiungit hoc præſertim † locum ſibi vendicare in teſtamento inter liberos. Atq; ſecundum hanc ipſam, quam tradimus, diſtin
297 ctionem † intelligit procedere deciſionem Dec.d.conſ.159.ſi vera eſt, vt ipſe dicit Socinus. & conſequenter etiam deciſionem Iaſ.d. conſ.155.lib.4 cùm Iaſon ſuper eodem caſu conſuluerit, ſuper quo & Decius. Natt.in d.§.ex imperfecto.q.28.nu.146. & 147. Didac.Couar.in d.c.relatum.I.ſub nu.11.verſ.Secunda cõcluſio. & verſ.Tertia concluſio.de teſtamen. Alex.in d.§. ex imperfecto. nu.4.& conſ.4.nu.13.& conſ.105.nu.9.lib.7.Cephal.d.conſ.99. vbi cumulatiſſimè refellit contrariam opinionem Oldradi, Ioan.
298 Andreæ, & ſequẽtiũ:& ibi notabiliter declarat † non eſſe defectũ voluntatis, ſed ſolennitatis, ſi non interuenit ſolennitas, quàm teſtator interuenire iuſſit, puta, rogitus notarij, ſi aliàs depoſitio
299 eius quo ad voluntatem eſt perfecta. Et concludit † talem defectum ſolennitatis non vitiare teſtamentum patris inter liberos: vt
* ibi nu.14.15.16.17.18.Et hanc concluſionẽ * veram, cõmuneḿq;
300 eſſe, & ſinè vlla difficultate † dicit pertranſire, quando ſchedula ſcripta eſt manu teſtatoris: quicquid ſit quando ſcripta eſt manu tertij: atq; huius diuerſitatis optimam aſſignat rationem nu.19.
301 20.21.22.23.& vſq; ad fin. Et hanc ipſam diſtinctionem † ſcripta ne ſit ſchedula manu teſtatoris, vel tertij, facit not.Soc.Iun.d.cõſ. 144.nu.58. Quod abſq; difficultate in teſtamento inter liberos pertranſire ſubiungit nu.59.60.lib.2.

Iſtis ergo quatuor caſibus ſic præmiſſis, quos ex receptiſſimis Doctorum opinionibus excerptos in medium deduximus, Deſcendo ad ipſius Quarti obiecti confutationem, & dico Primum
302 † caſum ſupra propoſitum nobis in aliquo non officere, quia

L D.Celſus

D. Celſus in actu teſtamenti non defecit: ſed immò voluntatem ſuam perfectè expreſſit, & per tres horas ſanus mente, & intellectu ſuperuixit, nec conſtat plus eum voluiſſe dicere, quàm dixerit. Ideò ſatis, ſuperq; patet quæſtionẽ noſtrã extra illũ caſum verſari.

303 Sumus etiam extra caſum Secundo † loco propoſitum, quia D. Celſus nihil ſibi reſeruauit in aliud tempus declarandum: ſed omnia ſimul ſatis ſufficienter expreſſit, ac diſpoſuit, cùm ad ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum tranſmiſſam ſe retulit, & illam eſſe ſuum teſtamentum coram teſtibus nuncupauit.

304 Propriè autem quæſtio noſtra verſatur in Tertio † caſu ſupra propoſito: nempè, quia D. Celſus perfectè voluntatem ſuam expreſſit, ac declarauit, ipſamq; pro perfecta, expreſſa, ac declarata habuit: quia, ſcilicet, non conſtat quòd plus voluerit diſponere,
305 quàm diſpoſuerit: quod & in dubio † præſumitur: vt ſupra in ipſo Tertio caſu nu. 286. & 287. ex Baldi, Alexandri, Ruini, & Fernãdi ſententia probauimus. Quo fit vt neceſſariò inferatur diſpoſi-
306 tionem † D. Celſi in ſchedula eius propria manu ſcriptam valere in vim teſtamenti inter liberos, quàmuis ipſa ſchedula non fuerit
* coram notario, ac teſtibus lecta, & publicata: ex * communi opinione, quam atteſtantur Alexander, Boërius, Cephalus, & Fernandus in locis, de quibus ſupra nu. 289. Quamquàm ſit veriùs
307 † ſchedulam ipſam ſatis, ſuperq; coram notario, ac teſtibus publicatam fuiſſe per nuncupationem implicitam ab ipſo D. Celſo factam, cùm ad ipſam ſchedulam manu ſua ſcriptam, & ad Gene-
* rum miſſam ſe retulit, atq; vt in ea diſpoſuit: iux. * communem Doctorum ſententiam in terminis (vt aiunt) terminantibus atteſtatam per Crottum, Boërium, Clarum, Nattam, Portium, Couaruiam, & Vaſquium in locis ſupra nu. 76. citatis.

308 Nec refragatur Quartus † caſus ſupra propoſitus, qui negotiũ facere videtur ex eo, quòd D. Celſus iuſſit notarium accerſiri, &c. quia Reſpondeo caſum iſtum nec attingere quidem noſtram facti
309 ſpeciem. Nam Doctores omnes, † qui ex vocatione notarij arguunt teſtamentum potius præparatum, quàm abſolutum fuiſſe: vt Oldradus, Ioan. Andreas, Paulus Caſtrenſis, Decius, Iaſon, Ruinus, Guido Papæ in locis, de quibus ſupra nu. 292. mentionẽ fecimus, & omnes alij per eos relati, ſi rectè inſpiciantur, ſemper loquuntur, quãdo Vel teſtator voluntatem ſuam ſcribi fecerat per tertiam perſonam, Vel illam coram aliquibus perſonis ſimpliciter expreſſerat

expreſſerat : Non autem quando teſtator ipſe propria manu vo-
luntatem ſuam in ſchedula ſcripſiſſet, prout contigit in caſu noſtro.
310 Vndè * vera, & communis † eſt Doctorum opinio, quòd cùm te-
* ſtator voluntatem ſuam propria manu ſcripſit in ſchedula, in qua
liberi ſint inſtituti, tunc vocatio notarij facta iuſſu teſtatoris non
ſuſpendat ipſius diſpoſitionem, ſi legitimè ſchedula ipſa iuſtifice-
tur modo, quo ſupra diximus nu. 80. vſq; ad nu. 95. & rurſus nu.
147. vſq; ad nu. 188. quicquid ſit quando voluntas teſtatoris per
tertiam perſonam fuit ſcripta, vel coram aliquibus perſonis ſimpli
citer expreſſa. Ita formaliter inquit Cephal. d. conſ. 99. nu. 19. 20.
21. & ſeq. vbi rationem diuerſitatis aſſignat. Et poſt Ruinū ibi ci-
tatū contrarias Doctorū opiniones hoc modo concordat. Quod
311 omnino verum eſſe ad finem etiam conſilij aſſeuerat. Doctori †
autem inter diuerſas ſcribentium opiniones diſtinguenti ſtandum
eſſe cenſuit Roch. de Curt. in c. fin. nu. 191. de conſuet. Grat. Reſp.
64. nu. 36. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 39. nu. 78. & conſ. 121. nu. 36. lib. 2.
Incertus, ſed Doctiſs. Auctor conſ. 106. nu. 26. inter conſ. Iaccob.
Philip. Port. Neuiza. in Sylua nupt. lib. 5. nu. 32. Lācil. Conrad. De
offic. Præt. Rub. De ſententijs. nu. 31. Chaſſenæ. conſ. 53. nu. 31.
Cephal. conſ. 16. nu. 35. & conſ. 145. nu. 13. & conſ. 195. nu. 27. &
conſ. 208. nu. 2. & conſ. 240. nu. 21. & conſ. 283. nu. 21.
312 Præterea D. Celſus iuſſit † notarium rogari qualiter ſchedula,
quàm ipſe teſtator manu propria ſcripſerat, & ad Generum miſ-
ſerat, ſuum erat teſtamentum : quo quidem caſu nullus ex citatis
313 in aduerſum Doctoribus loquitur : Non autem præcepit † nota-
rium rogari de ſingulis in ipſa ſchedula contentis : quo in caſu lo-
quuntur omnes cum Oldrado, & Ioan. Andrea, tranſeuntes. Hoc
enim fieri non poterat in caſu noſtro, cùm ſchedula penes Gene-
rum Parmæ exiſtentem eſſet, nec illo temporis momento propter
314 locorum diſtantiam haberi poſſet. Vndè inter vnum † & alterum
caſum manifeſta deprehenditur diuerſitatis ratio. Siquidem in
315 caſu noſtro credendum † non eſt teſtatorem voluiſſe differre teſta
menti factionem quouſq; ſchedula manu eius confecta legeretur,
& publicaretur per notarium, quippe quæ non adeſſet, nec tam
breui temporis ſpatio adeſſe poſſet, & quæ non peteretur per ip-
ſum teſtatorem, vel eius mandato nō mitteretur ad accipiendum.
Sed pro certo tenendum eſt teſtatorem ipſum voluiſſe vt notarius
tunc temporis (quod & omnes teſtes deponunt, & notarius ipſe
non negat) omni mora poſtpoſita rogitum conficeret, ſicuti te-

L 2 ſtator

ſtator ipſe ſe remittebat ad dictam ſchedulam manu eius ſcriptam,
& penes Generum exiſtentem, & qualiter tunc volebat, & diſpo-
nebat ſchedulam ipſam ſuum fore, & eſſe teſtamentum, ac vltimā
voluntatem: vt omnes teſtes concludūt, quemadmodum ſupra
demonſtrauimus nu. 101. vſq; ad nu. 147. Ad hunc enim actum
tantummodo iuſſu teſtatoris Notarius fuit vocatus: Prudenſque
316 † in hoc ipſius teſtatoris animaduertitur conſilium, qui ſentiens
ſe iam iam deficere, & morti proximum eſſe, minimè iuſſit mitti
Parmam ad accipiendam ſchedulam ſui teſtamenti à Genero, vt
ea explicitè publicaretur: ne in illo temporis interuallo ſi ipſe diē
ſuum clauderet extremum, quod iam deſtinauerat, & maxima cū
deliberatione, ac maturitate confecerat teſtamentum, redderetur
vanum, & eluſorium. Sed notarium accerſiri iuſſit, vt implicitè
(ſicut fecit) ſchedulam ipſam ſui teſtamenti publicaret; & optimū
in tempore caperet conſilium, quo vltima voluntas, & diſpoſitio
ſua deſtinatum, peroptatumq; ſortiretur effectum. Hæc autem
317 conſideratio noſtra adeò nititur † veriſimilitudine, vt in ea pro-
banda non ſit vlterius iactura temporis facienda. Nam ſatis exploꝛ
318 rati iuris eſt veriſimilitudinem † tanquàm naturæ cognatam in
quocunq; negotio potiorem partem ſibi vendicare: maioremq;
319 † veriſimilitudinem vincere minorem: præſertim in obſcu-
320 ris, † & his, quæ difficulter probantur. l. non eſt veriſimile. ff. quod
metus cauſa. l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pigno. actio. tradit. Bal.
conſ. 180. Mortuo filio. lib. 3. Corn. conſ. 293. nu 25. lib. j. & conſ.
61. nu. 6. & conſ. 105. nu. 3. & conſ. 227. nu. 12. lib. 2. & conſ 283.
nu. 4. lib. 3. & conſ. 245. nu. 3. lib. 4. Dec. conſ. 272. nu. 10. & conſ.
316. nu. 8. Crott. conſ. 85. nu. 20. Alba conſ. 1. nu. 4. & conſ. 8. nu.
14. & conſ. 51. nu. 17. & conſ. 56. nu. 6. & conſ. 77. nu. 30. Alciat.
Reſp. 115. nu. 5. & reſp. 357. ante nu. 2. Aymon Crauet. conſ. 6.
nu. 21. & conſ. 8. nu. 5. 6. & conſ. 9. nu. 35. & Reſp. j. pro Genero
nu. 372. 373. & nu. 385. 386. & in Tract. de Antiq. temp. in. j. par.
ſectione; quarto limitatur. nu. 35. vſq; ad nu. 44. vbi multa de ve
riſimilitudine. Doctiſs. ac diſertiſs. I. C. D. Iacob. Menoch. De Ar-
bitr. Iudic. lib. 2. centur. I. in caſu. 85. Neuiz. conſ. 8. nu. 68. 69. &
conſ. 34. nu. 32. & conſ. 66. nu. 55. & in Sylua nupt. lib. 5. nu. 124.
Cephal conſ. 287. nu. 21. 22. 23. 24. 25. Curt. in Tract. de Teſtib.
Concl. 19. Tiraquel. in. l. ſi vnquàm: in præfat. nu. 37. ſed iam, ni
fallor, vſq; ad nu. 66. C. de reuoc. donat. Iac. Philip. Port. Concl.
Reg. & Com. opi. lib. 2. concl. 23. Barbat. conſ. 7. nu. 13. vſq; ad nu.
21 lib. 2.

21.lib 2.Gozad.conſ.38.nu.12. Natt.conſ.94.nu.9. In caſu verò † Oldradi, Ioan. Andreæ, & ſequatium euenit totum oppoſitum: quia cùm teſtator redigi feciſſet in ſcripturam voluntatem ſuam per tertiam perſonam, & poſtea acerſiri inſtiſſet notarium, ac teſtes, vt coram eis ſcriptura legeretur, & publicaretur: ſic manifeſtè patet teſtatorem voluiſſe, quòd notarius eſſet rogatus de ſingulis in ipſa ſcriptura contentis, quod quidem fieri non poterat, niſi ſcriptura ipſa coram notario, ac teſtibus legeretur, expliciteq; publicaretur: & conſequenter voluit differre teſtamenti factionem, donec actus ille ad præſentiam notarij, & teſtium expediretur, quam ob cauſam & notarius, & teſtes à teſtatore petebãtur. Vndè vel ex hoc ſolo patet quanta ſit ratio diuerſitatis inter

322 vnum, & alterum caſum, ita vt ex tam diuerſis † non ſit aliquo modo inferendum: iux.Reg.l.Pap.Exuli.ff.de mino.&.l.inter ſti-

323 pulantem.§.ſacram.ff.de verb.oblig. Ex facto † enim ius oritur.l. ſi ex plagis.§.in cliuo.ff.ad.l. aquil. cum ceteris cumulatis per Iac.

324 Philip.Port.conſ.1.nu.1.& ex modica † mutatione facti totũ ius mutatur: vt inquit Alber. in d.§.in cliuo. Dec. conſ.637.nu.1.2.

325 Port.d.conſ.1.nu.3. Separatorumq; † ſeparata debet eſſe ratio.l. fin.ff.de Calumn. cum alijs congeſtis per Aymon. Crauet.in Rep.

326 Rub. de leg.j.nu.53. Et diuerſa ratio † reformat pactum: vt in propoſito dicit ipſe Aymon Crauet.conſ.130.ad fin. Quæ tantò magis procedunt in caſu noſtro, quantò magis inter caſum Oldradi, Ioan. Andreæ, & ſequatium; atq; inter ipſum caſum noſtrum optima diuerſitatis ratio aſſignatur: ne fortè dicatur non ſuffice-

327 re, † quòd factum diuerſificetur, niſi etiam diuerſitatis ratio aſſignetur: vt inquit Crott. conſ.124.nu.16. Aymon Crauet.conſ. 187.nu.2.& conſ.190.nu.2.

Accedat vnum, quod vel ſolum abſtergit omnem difficultatẽ.

328 Nam in caſu † Oldradi, Ioan. Andreæ, & aliorum conſectaneorũ, teſtator non venit ad actum rogandi notarium vt tunc de præſenti abſq; vlla mora perficeret quod ad ipſum notarium ſpectaret, nẽpè vt inſtrumentum conficeret de voluntate, ac diſpoſitione ſua: quin potius ipſe teſtator perfectionem teſtamenti ad notarium ſpectantem, ipſum, ſcilicet, inſtrumentum conficiendum reiecit, ac diſtulit in aliud tempus: Ex quo, ſecundum Oldradum, & ſectatores colligitur teſtatorem noluiſſe tunc teſtari, ſed tantùm ſe

329 præparare ad teſtandum. At in caſu † noſtro totum euenit oppoſitum, ſi rectè animaduertatur. Nam D. Celſus venit ad actum rogandi

rogandi notariũ præſentem, & ad id ſpecialiter de mandato eius vocatum, vt tunc de præſenti, atq; (vt verbis vtar teſtium hac de re deponentium) *Allhora allhora.* ideſt, abſq; vllo temporis interuallo perficeret, quod ad ipſum notarium ratione eius officij pertineret, hoc eſt, vt inſtrumentum conficeret de voluntate, ac diſpoſitione ſua coram ipſo notario, ac teſtibus nuncupata. Dictio

330 enim Tunc † importata per illam dictionem materna lingua expreſſam *Allhora allhora*, denotat extremitatem temporis. l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pupil. l. 4. ff. de condit. & demonſt. tradit Bal. conſ. 57. Item inſtituo. col. 2. verſ. ſecundo eſt conſiderandum. lib. 2. Roman. conſ. 131. Prima dubitatio. verſ. ſecundo iſtud Corn. conſ. 204. nu. 10. lib. 1. Barbat. conſ. 21. nu. 17. lib. 2. Dec. conſ. 63. nu. 2. 3. & conſ. 89. nu. 3. & conſ. 433. nu. 8. vbi in ſpecie exponit dictionem, *Allhora*, ideſt, Tunc. Ruin. conſ. 200. nu. 9. lib. 2. Crott. conſ. 13. nu. 8. Bertrand. conſ. 39. nu. 9. vol. 1. par. 1. Soc. Iun. conſ. 180. nu. 50. lib. 2. & cõſ. 145. nu. 27 lib. 3. Tiraquel. in Tract. Retract. Tit. I. Gloſ. 11. nu. 39. Iac. Philip. Port. conſ. 54.

331 nu. 39. Sed notarius ſic rogatus † noluit ſcribere quod debuit, aſſeuerans ſe non poſſe de tali voluntate, ac diſpoſitione teſtatoris rogitum conficere, poſtquàm ſchedula teſtamenti, de qua D. Celſus loquebatur, non aderat in præſentia: quam tamen adeſſe, & coram teſtibus legi, publicariq; debere notarius ipſe tunc temporis dicebat, ac teſtatori perſuadere conabatur, & in depoſitione

332 ſua pertinax, & obſtinatus etiam affirmauit. Qui tamen † toto (vt
* aiunt) cœlo errauit: cùm ſecundum * veram, & communem Doctorum ſententiam, teſtamentum hoc modo per relationem ad ſchedulam penes tertiam perſonam exiſtentem abſq; illius præſentia, lectione, & publicatione explicita, confici potuerit: vt plenè

333 ſupra probauimus nu. 71. vſq; ad nu. 86. Quia ergo † Notarius ex parte ſua non adimpleuit quod debuit: quia vel dolo, vel ignorantia voluntatem teſtatoris penè oppreſſit: quia teſtatorē ipſum falſis perſuaſionibus decepit: dicemus teſtatoris ipſius voluntatē deliberatam, expreſſam, perfectam, & per teſtes iuſtificatam, eſſe debere vanam, eluſoriam, & irritam? Abſit, quia hanc vnam lex

334 † habet intentionem, vt morientium vltimæ voluntates adiuuentur, foueantur, obſeruentur: vt infrà latè probabimus nu. 1052.
* cum ſeq. & nu. 1068. cum ſeq. Et in ſpecie clamat * vniuerſa

335 iuri prudentia † Voluntatem patris inter liberos ſeruandam eſſe, quoquomodo de illa conſtiterit: vt abundè ſupra deduximus nu. 45. vſq;

45.vſq; ad nu.95. Et in terminis proprijs, ac ſpecificis; quòd nõ
336 officiat † Notarium vocatum eſſe ad ſcripturam teſtamenti conficiendam, ſi notarius ipſe adhibitus non ſcripſerit, quod debuit, modò per teſtes depoſitio teſtatoris probetur: pulchrè reſpondit Alex.d.conſ.105.nu.3.4.9.lib.7. & pulcherrimè cenſuit Ruin. d. conſ.I.nu.21.22.23.lib.2. vbi hoc modo in ſpecie reſpondet ad conſilia Oldradi, & Pauli Caſt.de quibus ſupra nu.12. & nu.292. & conſequenter ad omnium Doctorum deciſiones, qui Oldradi, & Caſtrenſis opinioni ſubſcripſerunt.

Poſtremò, vt in vniuerſum reſpondeamus ad omnes Doctorũ deciſiones, in quibus ex vocatione notarij, & teſtium infertur teſtamentum potius præparatum, quàm abſolutum fuiſſe: Dico
337 ſemper in illis caſibus † talia verba per teſtatorem fuiſſe prolata, ex quibus apparet deliberatam tunc non fuiſſe mentem illius ad teſtamentum perficiendum, ſed potius ad illud præparandum.
338 Quod ſi verba † huiuſmodi fuerint emiſſa ab ipſo teſtatore, ex quibus deprehendatur eum habuiſſe mentem deliberatam, non quidem ad præparandum, ſed potius ad abſoluendum teſtamentum, tunc admittunt omnes Doctores conuocationem notarij, ac teſtium non efficere, quominus teſtamentum ſubſiſtat, licet aliquod inſtrumentum de illo factum non fuerit: præſertim inter liberos: Maximeq; ſi ſchedula manu patris fuerit ſcripta: vt latius
* per *communem Doctorum diſtinctionem ſupra deduximus, nu.
339 290.vſq; ad nu.302. Qualiter autem † apparere poſſit de deliberata, vel non deliberata mente teſtatoris ad perficiendum teſtamentum, certa dari non poteſt doctrina, ſed relinquitur æſtimationi Iudicis, inſpectis negotij circunſtantijs. Et cęteris paribus, iudicandum eſt in dubio verba deliberatè prolata fuiſſe, quia nemo præſumitur dicere, niſi quod mente agitauerit. Hanc doctrinam hac in re tradit Natt. in d.§.ex imperfecto.q.30.ſub nu.163. verſ.in hoc tamen non poteſt, &c. Conferunt quæ de Iudicis ar-
340 bitrio † diximus infrà nu.399. & nu.426.427. & nu.429.430. & nu.479.& nu.853.cum trib.nu.ſeq.& nu.906.vſq; ad nu.919. & nu.928.vſq; ad nu.940. Qua de re nuper Libri duo in lucem emiſi fuerunt à Doctiſs.ac diſertiſs.I.C.D.Iacobo Menochio, omni quidem eruditione, doctrina, facundiaq; referti, De Arbi-
341 trarijs Iudicum, &c. inſcripti. In propoſito † autem noſtro, ſi circunſtantiæ negotij inſpiciantur: Videlicet, D.Celſum maxima cum deliberatione, & maturitate manu propria ſcripſiſſe ſuum te-

ſtamentum:

ſtamentum, & illud ad Generum tranſmiſiſſe, vt per eum Clauſulis, & verbis ad teſtamentum pertinentibus muniretur, & roboraretur, diſpoſitione tamen in ſua ſubſtantia remanente: vt patet ex literis ſuper eo negotio ab ipſo teſtatore ad Generum ſcriptis: Præterea teſtatorem ipſum alijs literis voluntatem ſuam in ipſa teſtamenti ſchedula expreſſam, quæ Genero ſubobſcura videbatur, magis, magiſq; declaraſſe. Inſuper ipſum teſtatorem in mortis articulo conſtitutum, ac certiſſimam mortem propè horam expectantem præcepiſſe Notarium negotia ſua expedire conſuetum, nempè D. Ioan. Bapt. de Maro accerſiri, ad hoc vt ipſe D. Celſus teſtamentum conficeret, ideſt, vt mentem ſuam teſtaretur. Et ipſo notario perducto, ac interrogante ipſum D. Celſum quomodo ſe haberet, illum reſpondiſſe, malè ſe habere: & ſtatim ſua ſponte, reſecato ſermone valetudinis ſuæ, cùm periculum in mora eſſe animaduerteret, ſubiunxiſſe erga Notarium, Qualiter iam miſerat ad Generum ſuum ſcripturam vnam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptã, quam velit eſſe ſuam vltimam voluntatem, & ſuum teſtamentum, Et propterea de hac voluntate, ac diſpoſitione ſua rogatus eſſet. Vlterius dicente Notario non poſſe fieri teſtamentum eo modo, ſed opus eſſe, Vel quòd ſcriptura illa exhiberetur, legeretur, ac publicaretur: Vel contenta in ea exprimerentur: Vndè ſe nolle hac de re aliquod inſtrumentum facere, ipſum D. Celſum contriſtatũ fuiſſe: Et vt verbis vtar teſtium: *Parue, che M. Celſo rimaneſſe mal ſodisfatto*. Si circunſtantiæ, inquam, hæc omnes negotij inſpiciãtur, perpendantur, & animo reuoluantur, neminem arbitror eſſe rectè intelligentem, ac ſinè animi paſſionibus iudicantem, qui non dicat D. Celſum deliberatam tunc temporis mentem habuiſſe, non quidem ad præparandum teſtamentum, cùm illud eſſet iã manu ſua ſcriptum, & præparatum: ſed ad illud ipſum perficiendum, viuificandum, abſoluendum, & implicitè publicandum.

342 Hæc enim cùm ſint † veriſimilia, & correſpõdeant experientiæ, ac rationi naturali, non egent alia probatione: Res nanq; per ſe ipſa loquitur. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de exuſa. tutor. l. cùm ratio. ff. de bonis damna. tradit Alba conſ. 7. nu. 25. & conſ. 56. nu. 8. plura quidem congerit Aymon Crauet. conſ. 31. nu. 5. ſed longè plura Tiraquel. in Tract. Ceſſante cauſa, &c. Limit. j. nu. 67. Quintum

343 quod ratio naturalis. vſq; ad nu. 79. Et quòd D. Celſus † deliberata mente teſtandi dixerit, ſe velle, quòd ſchedula ſui teſtamenti manu ſua ſcripta, & ad Generum miſſa ſit ſuum teſtamentum, &

vltima

vltima ſua voluntas: & quidem ea intentione, atq; conſilio, vt tunc abſq; vllo prorſus temporis interuallo ſchedula ipſa per ea verba ſic, vel ſimiliter in effectu prolata robur, vim, & efficatiam teſtamenti perfecti, & abſoluti aſſumeret, ac obtineret, omnes teſtes vno ore aſſeuerant: vt ſupra deduximus, cùm omnium dicta teſtiū perſtrinximus: dicta, ſcilicet, Primi teſtis nu. 101. & ſeq. Secundi nu. 106. & ſeq. Tertij nu. 118. & ſeq. Quarti nu. 140. & ſeq. Tan-
344 ta enim vis † eſt iuſtitiæ, ac veritatis: vt tradit Ioan. de Amic. cōſ. 26. nu. 2. Aymon Crauet. Reſp. 1. pro Genero. ſub nu. 265. verſ. ceterum: & ad hoc plura cumulat Neuiza. conſ. 34. nu. 6. 7. 8. & in Sylua nupt. lib. 5. nu. 114. 115. 116. & ſeq. Vt Notarius ipſe quarto loco examinatus inter longam verborum, quam ſtruit farraginem pro excuſatione ſua: quare, ſcilicet, non ſe rogauerit de dicta D. Celſi teſtantis voluntate, ac diſpoſitione, Veritatem hanc ſub inuolucro verborum contegere non potuerit, ſed illam inuitis dentibus, reluctanteq; voluntate expreſſerit, ac manifeſtam fecerit: quàmuis multa non interrogatus ex ſuo capite proferat, & quidem impertinentia, eo fortè ductus conſilio, vt cùm teſtatoris voluntatem, ac diſpoſitionem obſcuram, & inutilem reddere pertentat, ſic ipſe culpa, ne dicam dolo, carere videatur, quare de illa, ſicuti ex officio tenebatur, rogitum non confecerit. Sed eue-
345 nit † diuina voluntate, vt quomagis ipſam teſtatoris voluntatem, ac diſpoſitionem deprimere, & exinanire conatur, tantòmagis il-
346 lam extollat, & claram, atq; apertam faciat. Sic Balaam † vocatus à Balac, vt malediceret Populo Iſrael, DEO Opt. Max. Prophetæ linguam moderantæ, illi benedixit: vt legitur Numer. cap. 22. 23.
347 24. Stante igitur deliberata † voluntate teſtandi, quam D. Celſus enixam habuit, vt clariſſimè teſtes omnes concludunt: nihil eſt, quòd amplius immoremur in reſponſione ad conſultationem Oldradi, & ſequatium: quandoquidem ipſe loquitur, & omnes cum eo, quando apparet teſtatorem non habuiſſe deliberatam voluntatem teſtandi, ſed tantummodo præparandi teſtamenti. Et quòd D. Celſus deliberatam voluntatem teſtandi habuerit, cùm verba protulit, de quibus agitur, latius mox probabimus in confutatione Quinti obiecti, vbi optima nobis ſe ſe offert occaſio.

NON obſtat ergo, quòd Quinto loco dicebam verba D. Celſi non diſponere, quia per verb. Volo, abſq; conuocatione teſtium, & aliqua interrogatione præcedente concepta fuerint. quia Reſpondeo ex proximè dictis in ſolutione Quarti Obiecti liquidiſſi-

 mè conſtare

348 mè conſtare † per multa rerum argumenta de deliberata mente ipſius D. Celſi ad diſponendum, ac teſtandum tunc temporis, omni mora poſtpoſita, quando verba illa protulit, quæ controuertuntur. Vndè ex his, quæ iam eo loco diximus, adeò ſatisfactum eſt huic Quinto contrario, vt nulla amplius ſit opus reſponſione:
349 Cùm receptiſſimum ſit apud omnes Doctores Verb. Volo, † ſatis ſirperq; diſponere, quando ex aliquibus conſtat proferentem habuiſſe animum diſponendi eo tempore, quo verb. Volo, protulit:
350 Licet ſecus † ſit, ſi ex aliquibus conſtet illum vel cauſa affectionis, vel iactantiæ, vel tollendi curioſam ſolicitudinem de bonis ſuis, vel oſtendendi primum eius animi motum, vel aliciendi quempiam ad obſequium, vel alia ratione, prout inter homines contingere poteſt, non tamen animo tunc diſponendi verbum Volo protu-
351 liſſe. Hæc concluſio † firmatur per omnes ſcribentes in d. l. ſerui electione. de leg. j. in d. l. cunctos populos. C. de Summa Trinit. & fide cathol. in d. l. gerit. ff. de acquir. hæred. in d. l. j. §. ſi quis ita. ff.
* de verb. oblig. & hanc eſſe * communem, immò ab omnibus Doctoribus receptam ſententiam atteſtatur Soc. Sen. conſ. 36. nu. 4. lib. 3. Natt. conſ. 249. nu. 4. & conſ. 250. nu. 5. Et hoc præſuppo-
352 ſitum † verum, & commune tanquàm Baſim firmiſſimam conſultationis ſuæ conſtituit Soc. Iun. d. conſ. 179. ſub nu. 27. verſ. Ante tamen quàm ad prædictas. lib. 2. Quod probat per totum Conſi-
353 lium: ita vt ex hoc loco Socinum † ipſum in contrario allegatum aptiſſimè retorqueamus, cùm in caſu noſtro ex plurimis rerum, vt iam dixi, argumentis liquidiſſimè conſtet teſtatorem nullam aliam ob cauſam verba, de quibus agitur, protuliſſe, quàm vt deliberatam, propenſam, & enixam teſtandi voluntatem ſuam in illo temporis momento, quo verba ipſa protulit, actione, euentu, effectuq; ipſo teſtamenti claram, apertam, & expreſſam redderet: vt in confutatione ipſius Quarti contrarij clariſſimè probauimus.

Veruntamen vt cumulatiſsimè ſemper in omnibus ſatisfaciamus, Placet adhuc recentioribus, exquiſitiſq; epulis conuiuium inſtaurare, vt illud omnigenis cupedijs refertum cuiuſuis palato lautitia ſatisfacere poſsit.

In primis igitur dico Quæſtionem noſtram longè diſtare ab illa
354 † Quæſtione, quæ Scribentium mentem mirum in modum fatigauit, videlicet, An verb. Volo, iunctum cum infinitiuo Relinquere, indicat diſpoſitionem, nullis coniecturis deliberatam mẽtem teſtandi perſuadentibus. Qua in re Bar. † in d. l. cunctos populos.

pulos. ſub nu. 3. exiſtimans verba hæc, *Volo relinquere Titio meam hæreditatem*, ſimpliciter prolata inducere diſpoſitionem, per tex. in.l. Pamphilo. §. propoſitum de leg. 3. communiter reprehendi-
356 tur à Doctoribus: quia, ſcilicet, in illo † tex. multa concurrant, ex quibus deliberata mens teſtatoris ad diſponendum deprehenditur, & quæ efficiant, quòd verb. Volo, iunctum infinitiuo Relinquere, inducat diſpoſitionem: nempè, Qualitas ipſius teſtatoris, qui erat miles. Qualitas item perſonæ, in cuius fauorem diſponebat, veriſimiliter dilectæ: ſuus enim erat Contubernalis. Carentia liberorum, & agnatorum. Periculum mortis, in quo erat teſtator. Conuocatio amicorum facta ab ipſo teſtatore. Geminatio verborum eiuſdem. Reſponſio facta ad interrogationem. vt expendit Iaſ. d.l. cunctos populos. in 2. lect. nu. 18. 19. 20. 21. qui
* propterea atteſtatur Bartoli ſententiam * communi calculo eſſe damnatam. & in d.l. ſerui electione. in princ. nu. 36. 37. 38. Ruin.
357 cõſ. 9. nu. 8. lib. 3. Quamuis † ipſe Iaſ. in d.l. ſerui electione. in prin. ſub nu. 44. verſ. Quid tenendum? & nu. ſeq. defendere conetur Bartoli opinionem: pro qua dicit ſe coſulturum, ac iudicaturum, ſi caſus in facto ſibi contingat. De veritate cuius concluſionis inquirere nihil ad cauſam noſtram pertinet, in qua non agitur de diſpoſitione concepta per verb. Volo, iunctum cum infinitiuo Re-
358 linquere: Sed de diſpoſitione concepta † per verb. Volo, vel Vo-
359 lebat, iunctum cum verb. Sit, vel Eſſet: ſingula † ſingulis, & congrua congruis referendo: iux. tradita per Soc. Iun. conſ. 125. nu. 15. lib. j. & conſ. 71. nu. 21. lib. 3. prout teſtes ſuper ipſa teſtatoris diſpoſitione recepti loquuntur modò per verba præſentis temporis primæ perſonæ teſtatoris, modò per verba præteriti imperfecti tertiæ perſonæ ipſius teſtatoris (quemadmodum omnibus hominibus in referendis rebus ab aliquo dictis contingere ſolet) vt ex inſpectione ipſorum teſtium clariſſimè perſpicitur: ex qua nõ ſolùm probatur præcedens affirmatiua: quòd, ſcilicet, teſtator conceperit diſpoſitionem ſuam per memorata verba: ſed etiam
360 hæc negatiua † deprehenditur: videlicet, quòd ipſe teſtator minimè conceperit ipſam diſpoſitionem per verb. Volo, iunctum cum infinitiuo Relinquere, vel Diſponere, vel Teſtari, vel Facere, vel infinitiuo ſimili, quo certiſſima teſtatoris diſpoſitio in dubium reuocari poſſit: iux.l. titiæ textores. cùm ibi not. per Bar. de leg. j. & l. fin. cùm ibi pariter not. per Bar. C. de reb. cred. cum plurimis cumulatis per Franc. Hercul. in Tract. Quis tene. prob. negat. & quib.

mod. prob. nu. 167. vſq; ad nu. 175.

Non officit ergo, quòd teſtator diſponendo per vltimam voluntatem, & ipſam vltimam ſuam voluntatem exprimendo vſus
361 fuerit verb. Volo: cùm ipſum † verb. Volo ſit fons, & radix omnium diſpoſitionum, in quo verbo ſubſtantiuo voluntatis omnia verba reſoluuntur: vt inquit Bal. in Auth. Et qui iurat. ſub nu. 17.
362 C. de bonis aucto. iudi. poſsi. vbi etiam tradit not. Doctrinam † ad cognoſcendum quomodo verb. Volo, ſtet enunciatiuè, vel diſpoſitiuè. Nam cùm per verb. Volo, fit ſermo de voluntate determinanda, & efficienda per actum alterius voluntatis: tunc non diſpo-
363 nit, ſed enunciat: vt ſi dico, † *Volo eligere*, non ſequitur, *Ergo eligo*: ſed enunciat, quòd in futurum intendo eligere: & ſic refertur ad actum ſequentem explicandnm in futurum. Sed cùm verb. Volo, non expectat ad ſui eſſentiam actum alterius voluntatis: tunc
364 non enunciat, ſed diſponit: vt ſi Iudex dicat, † *Volumus te in poſſeſſionem ire*: quia per hæc verba cenſetur interpoſitum primum decretum de mittendo in poſſeſſionem. Ita Baldus, quem ſequitur Alex. cõſ. 190. nu. 31. 32. lib. 6. vbi per hanc doctrinam reſpõ-
365 dit † verba iſta, *Io voglio, che la mia robba ſia tutta dell'Hoſpitale*, non eſſe enuntiatiua, ſed diſpoſitiua: quia teſtator ille loquens per verb. Volo, non faciebat ſermonem de voluntate terminanda, & explicanda per actum alterius voluntatis ſuæ: ſed ſimpliciter dicebat, *Io voglio, che la mia robba ſia tutta dell'Hoſpitale*. Etiam quòd hæc ipſa verba fuerint incidenter prolata: vt inquit Alexã-
366 der. Ex cuius deciſione † clariſſima reſultat, & multò magis deciſio quæſtionis noſtræ, in qua non incidenter quidem, ſed principaliter conſtat teſtatorem dixiſſe, *Io voglio, che la ſcrittura del mio teſtamento ſcritta di mia mano, quale ho mandata à mio Genero, ſia la mia vltima volontà, & il mio teſtamento*. Cùm hæc ipſa verba non fuiſſe enunciatiua, ſed diſpoſitiua ſatis, ſuperq; ex eo liqueat, quòd teſtator loquens per verb. Volo, non faceret ſermonem de voluntate terminanda, & explicanda per actum alterius voluntatis ſuæ: ſed ſimpliciter, abſolutè, definitè, determinateq; verba illa proferret.

367 Quod confirmatur ex illo verb. † Sia, vel, Sit, quod iunctum cum verb. Volo importat diſpoſitionem: cùm verb. Eſſet, vel Sit, ſubſtantiuum cenſeatur, quod plus importat, quàm Relinquere,
368 vel Inſtituere. Quo fit, vt ſi teſtes dicant † teſtatorem dixiſſe, quòd volebat, quòd Hoſpitale eſſet, vel ſit eius hæres, ſatis, ſuperq;

probata

probata cenſeatur diſpoſitio de præſenti, perindè ac ſi teſtator di-xiſſet, Inſtituo, vel Hæres eſto. Ita inquit Pau. Caſt.conſ.451.vi ſis & examinatis atteſtationibus.col.j.verſ. Et aliqui dicunt quòd dixit, quòd volebat, quòd dictum Hoſpitale eſſet eius hæres, vel ſit, &c. lib j.ſeu (vt appellant) in Antiquis.

Confert optimè tex.in.l.& eo modo.ibi.*Volo hæreditatem meã*
369 *Titij eſſe*. de leg.j. ex quo probatur † verb. Volo, etiam iunctum cum infinitiuo: atqui cum infinitiuo Eſſe, aptiſſimum fore ad inſtitutionem, & vltimam voluntatem formandam. Hinc verb. Vo-
370 lo, † iunctum cum infinitiuo Eſſe, ſemper diſponere, quia infinitiuum Eſſe, informet. verb. Volo, ſuper præſenti actus eſſentia, dixit Bal.in d.l.cunctos populos.in.3. oppo.ſub nu.2. & ibi Iaſ. in 1.lect.nu.16.& ipſe Iaſ.in d.l.ſerui electione. in princ. ſub nu.22. & ante nu.45.verſ.Niſi ponderes.vbi & Rip.ſub nu. 18. Crott. in d.l.j. §.ſi quis ita.in.j. lect. ſub nu.23. verſ. Idem ſi dixiſſet. ff. de verb.oblig. Nec mirum quidem, quòd verb. Volo, iunctum cum verb. Sit, vel Eſſet, vel Eſſe, vel Erat, diſpoſitionẽ importet: Cùm
371 verb. † Sum, Es, Eſt, &c. denotet veritatem, ſubſtantiam, & eſſentiam: vt tradit Bar.in.l.ſi maritus.§.legis iuliæ.ff.de adult. Bal. conſ.374. verba Dini. col. 2.verſ. præterea iſti ſunt. & conſ.491. viſa petitione. col.j. verſ. præterea ſtatutum.lib.3. Conueniunt,
372 quæ de verb.Sit, nẽpè, † quòd illud ſit Canon latæ ſententiæ, cumulat Tiraquel.in l.ſi vnquàm. in ver. Reuertatur. nu. 180. Sexageſimo fallit in verbo Sit.& nu.ſeq.C. de reuoc.donat. quod com
* muniter * receptum eſſe teſtatur Iuriſconſultiſs.D.Petr.Ioan. Anchar.Regien.Famil.Quæſt.lib.1.q.39.nu.7.
373 Accedat quòd vbicunq; † verb. Volo, reſpicit determinationẽ certæ rei: puta, *Volo iſtam rem*. vt in l.apud Aufidium.ff.de optio legat. *Volo, quòd hæreditas mea Titio detur*. vt in.l. verbum volo. iuncta gloſ.C.de fideicom. diſpoſitionem inducere cenſetur: quia
374 † in certis nullus eſt coniecturæ locus.l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig. Ita Bar.communi calculo comprobatus in d l.cunctos populos.ſub nu.3.verſ. Aut ergo habet determinationem certam. Et ibi Signorol.de Homod.ſub nu.2. atq; Iaſ.in.j.lect.ſub nu. 14.
* vbi inquit iſtum* caſum eſſe clarũ. & ipſe Iaſ.in d.l.ſerui electione. in princ.nu.32. vbi & Alciat.ad fin.verſ.ſanè illud conſtat. Ex quo
375 etiam capite perſpicitur verb. Volo † in caſu noſtro diſpoſitionẽ inducere, Cùm teſtator dixerit ſe velle, quòd ſchedula ſui teſtamenti manu ſua ſcripta, & ad Generum miſsa, ſuum ſit teſtamentum,

tum, & ſua vltima voluntas. Sic enim verb. Volo, reſpicit determinationem certæ rei, ſcilicet, ſchedulæ teſtamenti manu teſtatoris ſcriptæ, & ad Generum tranſmiſsæ.

376 Nec omittamus verb. Volo, etiam † iunctum cum infinitiuo (quod tamen non eſt in caſu noſtro, vt ſemper proteſtamur) inducere diſpoſitionem, quando reſpicit actum explicandũ ab alio, & in proferente non requiritur, niſi explicatio voluntatis: vt puta ſi dicatur, *Volo hæredem meum dare Titio centum*. Explicatio enim voluntatis ſolummodo requiritur ex parte teſtatoris, & datio ab hærede ipſo eſt explicãda. Item ſi quis dixerit, *Volo Titium gerere negotia mea*. Nã explicatio ſola voluntatis requiritur in mandãte, & negotia à mandatario ſunt explicanda. Vndè in primo caſu inducitur fideicommiſſum, & in altero mandatum. Hæc eſt Doctrina Bar. in d.l. cunctos populos. ſub nu. 3. vbi Iaſ. in 2. lect. nu. 15

* hanc eſse Reg. * infallibilem tradit. Et hoc ètiam firmat ipſe Bar.

* in d.l. ſerui electione. in princ. ſub nu. 4. cuius ſententia * communis eſt, teſte Soc. Sen. d. conſ. 86. nu. 6. lib. 3. Quam † communem

377 Doctorum concluſionem ſubnectere voluimus: vt ex ea pateat nõ obeſse, quòd in caſu noſtro teſtator dixerit erga Notarium ſe velle, quòd ille rogatus eſset, quemadmodum ſuum reſtamentum erat illud, quod manu ſua ſcriptum ad Generum tranſmiſerat.

378 Quia cùm ad teſtamentum † perficiendum nihil vltra ſupereſset agendum teſtatori, præſertim inter liberos teſtanti, quàm expreſſio, & explicatio ſuæ voluntatis, quæ iam facta reperiebatur per memorata, vel ſimilia verba: iux. l. fin. C. famil. hercis. cum alijs ſupra hac in re deductis nu. 45. & 46. Actus autem rogitus conficiendi explicandus, & expediendus eſset per Notarium, cui id muneris demandabatur à teſtatore ipſo de poſtrema voluntate ſua ſolicito: dicendum eſt verb. Volo, quòd ad ipſum pertinet teſtatorem, diſpoſitionem, & quidem perfectiſsimam inducere: Cui

379 etiam non officiat † quòd Notarius ipſe ex parte ſua facere, & adimplere noluerit, quod tenebatur: vt in terminis dixit Ruin. d. conſ. j. nu. 21. 22. lib. 2. Qua de re infrà nu. 512. vſq; ad nu. 526. vbi locus ſuus, opportunè verba faciemus.

Et hæc quidem concluſio non parum iuſtificatur ex eo, quod

380 ſcriptum reliquit † Crott. conſ. 143. nu. 30. 31. vbi tradidit, quòd

381 licet verba enunciatiua † incidenter prolata non diſponant. l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. l. ex his verbis. C. de teſtamen. milit. cum vtrobiq; not. per ſcribentes omnes: Hoc tamen locum ſibi non

382 vendicat † quando profertur aliquid enunciatiuè, quod dependet à nuda, & mera voluntate proferentis: tunc enim ipſa verba enun
383 ciatiua incidenter prolata diſponunt: ex eo, quod † not. tradit Bar. in. l. gerit. nu. 14. ff. de acquir. hæred. vbi dixit, quòd ſi in inſtrumento dicatur, *Ego hæres Sempronij promitto, &c.* Vel, *Facio procuratorem, &c.* illud verb. *Hæres*, enunciatiuum incidenter prolatum inducit diſpoſitionem, ita vt ex hoc ipſo verbo probe-
384 tur hæreditatis aditio: quia, ſcilicet, à nuda, & mera † voluntate aditio ipſa hæreditatis cauſetur. d. l. gerit. ff. de acquir. hæred. & hanc Bartoli Doctrinã tanquàm ſingularem, notat Mattheſ. Sing. 34. Nota quòd ſiuè in inſtrumento. Et alij ibidem relati à Gabriel.
385 Saray. in Annot. Ex hac igitur Bartoli Doctrina arguit Crott. † in caſu ſuo per verba enunciatiua incidenter prolata inductam cenſeri fideicommiſſariam diſpoſitionem, cùm fideicommiſſum ſola
386 voluntate † defuncti inducatur, ſi quoquomodo de illa conſtiterit l. cùm virum. (quam ſolam allegat Crottus) C. de fideicom. l. 2. C. commu. de legat. l. vnum ex familia. §. fin. &. l. cùm proponebatur. de leg. 2. l. fideicommiſſa. §. hæc verba. &. l. nutu. de leg. 3. l. mulier. in princ. &. l. quidam ita. in princ. ff. ad trebel. l. cùm auus. ff. de cõdit. & demon. l. licet imperator. de leg. j. l. 3. §. conditio. ff. de adi. leg. tradit Alex. conſ. 100. nu. 5. lib. 4. Dec. conſ. 637. nu. 3. 4. 5. Corn. conſ. 146. nu. 14. lib. 2. Soc. Sen. cõſ. 251. nu. 7. lib. 2. Alciat. Reſp. 479. nu. 6. Curt. Sen. conſ. 75. col. 3. verſ. Præmiſſis tamen nõ obſtãtib. Bertrãd. cõſ. 173. nu. 5. vol 3. par. 2. Riminal. cõſ. 225. nu. 21. Curt. Iun. conſ. 54. nu. 6. Ant. Rub. conſ. 53. nu. 5. Gozad. conſ. 102. nu. 2. 3. 4. Grat. Reſp. 31. nu. 12. 13. 14. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 174. nu. 14. lib. 2. Alba conſ. 51. nu. 11. Gui. Pap. conſ. 216. nu. 4. Iac. Philip. Port. conſ. 14. nu. 13. 14. Matth. Gribal. conſ. 40. nu. 23. 24. 25. 26. 27. inter conſ. ipſius Port. Cephal. conſ. 134. nu. 26. 27. 28. Sylua. conſ. 64. nu. 3. Natt. cõſ. 476. nu. 13. Excellentiſs. I. C. D. Gerardus Mazollus de I. iazaris conſ. 6. nu. 13. Decad. j. vbi
* dicit hoc eſſe * receptiſſimi iuris. Quod quidem plurimum ſeruit
387 † in propoſito noſtro, cùm agatur de teſtamento Patris inter libe-
388 ros, in quo nihil aliud leges † expetunt, quàm vt quouis modo ſecundum puriſſimos, ac ſimpliciſſimos iuris naturalis terminos de voluntate patris appareat. d. l. fin. C. famil. hercíſ. cùm alijs ſupra
* deductis nu. 45. 46. vbi propoſitionem hanc ab * vniuerſa iuris prudentia cõprobatã eſſe demonſtrauimus: Ita vt nos pariter ex
389 hac ratione Crotti iure optimo arguere poſſimus † per verba teſtatoris

ſtatoris noſtri (ſi fortè quis dixerit illa eſſe enunciatiua incidenter
prolata) inductam cenſeri perfectiſſimā Patris diſpoſitionē inter
390 liberos. Quod & in ſpecie † tradit Natt. in d. §. ex imperfecto. q.
391 40. Maximè † quando principaliter per ſe fuerunt à patre prolata:
392 vt ibi ſub nu. 204. Licet dubitare † videatur quando verba enun-
ciatiua fuiſſent incidenter prolata: vt ibidem nu. 205. Sed tan-
tum abeſt verba teſtatoris, de quibus agitur, fuiſſe enunciatiua in-
cidenter prolata, vt potius nec ſimpliciter, nec aliquo prorſus mo-
do enūciatiua: ſed merè diſpoſitiua extiterint. Verba enim appel-
393 lantur † enunciatiua, quando de præterito, vel de futuro actum
enunciant. Sed quando verba ſunt præſentis temporis, & non
enunciant actum in futurum explicandum, nec actum tanquàm
iam explicatum in præteritum, tunc appellantur diſpoſitiua. Hanc
Doctrinā tradit, & optimè ꝓbat Alex. d. conſ. 190. nu. 31. lib. 6.
394 Vbi propterea † cōcludit, verba illa in caſu ſuo à teſtatore prolata,
*Io voglio, che la mia robba ſia tutta dell' Hoſpitale*, &c. non quidem
395 enunciatiua, ſed diſpoſitiua cenſeri. Qua ratione & nos † intre-
pidè concludimus, Verba illa teſtatoris noſtri, *Volo, quòd ſchedula
mei teſtamenti, quam manu mea ſcriptam tranſmiſi ad Generum meū
ſit meum teſtamentum, &c.* minimè enunciatiua eſſe, ſed omnino
396 diſpoſitiua. Concurrentibus † præſertim tot, ac tantis coniectu-
ris, quæ deliberatam mentem teſtatoris ad diſponendum eo tem-
poris momento, cùm ipſa verba protulit, non ſolùm docilibus
oſtendere, ſed etiam obſtinatis perſuadere poſſunt. Ita vt ipſis cō-
iecturis, quæ in caſu noſtro militant, expreſſis, deductis, ac diſcuſ-
ſis, omnia contraria, omneſq; difficultates, quæ tum ex verb. Vo-
lo, tum ex verbis enunciatiuis circumferi poſſent, confeſtim reſol-
uantur, atq; diſſipentur.

397 An igitur, † & quando verb. Volo, inducat diſpoſitionem, vel
primum animi motum enunciet, Variæ traduntur Theoricæ per
Scribentes in d. l. ſerui electione. in princ. de leg. j. in d. l. cunctos
populos. C. de Sūma Trinit. & fide cathol. in d. l. gerit. ff. de acquir.
hæred. in d. l. j. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. in. c. ex literis. I. maxi-
mè per Ant. de Butr. de ſponſal. & alibi ſæpè per Doct. Quæ tamen
398 ita omni ex parte † non ſunt perfectæ (licet aliqua illarum mem-
bra: præſertim ea, quæ veluti ceteris omnibus ſolidiora, ac rece-
ptiora excerpſimus, & ad caſum noſtrum iam applicauimus; ſint
ſolidiſſima, & receptiſſima, ita quidem, vt omnem difficultatem,
quod pertinet ad cauſam noſtrā, abſtergere poſſint) vt vel omnes
caſus

caſus complectantur, vel in aliquo iuſtam penitus cenſuram effugiant: vt ex ſcribentibus ipſis in memoratis locis apertè dignoſcitur. E quorum numero † Fulg. in d.l.cunctos populos. difficultatem inconſtantis huius doctrinæ perſpiciens, dixit hac in re certã doctrinam tradi non poſſe, ſed totum relinquendum eſſe arbitrio Iudicis, qui ex negotij circunſtantijs dijudicet deliberata mente, nec ne ad diſponendum illud verb. Volo, fuerit prolatum. Animaduertebat enim Fulgoſius facilè admodum lites Doctorum hac

400 vna ratione componi, ac terminari poſſe: Cùm omnes † conſcentiant verb. Volo, inducere diſpoſitionem, quando conſtat illud prolatum fuiſſe deliberata mente ad diſponendum: vt tradunt omnes in d.l.ſerui electione.in princ.in d.l.cunctos populos. in d.l.

401 gerit.in d.§.ſi quis ita.in d.c.ex literis.& latè probat † Soc.Iun.d. conſ.179.lib.2. vbi plurimis congeſtis legibus, deciſionibus, & auctoritatibus pro vtraq; parte, rem hoc modo diffinit: vt quæ deduxit ad probandum, quòd verb. Volo, diſponat ſibi locum vendicent, quando conſtat ex aliquibus illud verbum fuiſſe prolatum deliberata mente ad diſponendum. Quæ verò deduxit ad probandum, quòd verb. Volo, non diſponat, procedant quandò ex aliquibus non conſtat illud verbum fuiſſe prolatum deliberatã mente ad diſponendum. Et ita gladium modò in dexteram, modò in ſiniſtram manum conuertit ad euadendas hinc, & indè inſurgentes ex hoc verb. Volo difficultates.

402 Quomodo autem conſtare poſſit † de deliberata mente ad diſponendum (vt cum Virg.lib.vj.Aeneid.loquar.)

*Hoc opus, hic labor eſt. pauci, quos æquus amauit*
*Iuppiter: aut ardens euexit ad æthera virtus:*

controuerſam hanc quæſtionem ſoluere, & explicare potuerunt: ſed varij varia pro captu ingenij ſui tradiderunt. Verum eſt quidẽ

403 quòd ad hanc deliberationem † mentis diſponendi coniecturandã, præ manibus habere ſolent Doctores coniecturas, de quibus in d. l.Pamphilo.§.propoſitum.de leg.3. Quæ tamen an omnes con-

404 currere † debeant, vel pro parte ſufficiant ad ſignificandam mentis deliberationem ad diſponendum, ſatis apertè ad hanc vſq; diem conſtare non videtur: poſtquàm Doctores modò ex vna, modò ex altera, modò ex duabus, modò ex pluribus, modò ex omnibus ipſis coniecturis in d.§ propoſitum. ennumeratis arguunt, prout vnicuiq; vel facti contingentia ſubminiſtrauit, vel ingenij ſubtili-

405 tas ſuppeditauit. Ex conuocatione † etenim amicorum, ſeu ex

N rogitu

rogitu teſtium deliberationem mentis ad diſponendū arguit Bar. in.l.fin.ff.de teſtamē.& in.l.gerit.nu.13.ff.de acquir.hæred.Ruin.
406 conſ.15.nu.10.lib.2. Ex interrogatioue † verò præcedente deliberationem ipſam deprehendit ipſe Bar. in.d.l. ſerui electione. in princ.de leg.j. & in d.l.gerit.ſub nu.10.verſ. Item ſi interrogatus.
407 Ex conuocatione † autem amicorum, & ex interrogatione præcedente ſimul deliberationem ipſam infert Pau. Caſt.conſ.138. in cauſa, quæ vertitur Pergami.verſ.Item ſecundo facit. lib.2.vel (vt
408 aiunt) in Nouis. Natt.conſ.250.nu.5. Sed quòd vel ſola † teſtiū conuocatio, vel præcedens interrogatio ſufficiat ad colligendam ipſam deliberationem poſt Bar. in locis proximè citatis,dicit Soc. in d.l.1.§.ſi quis ita.nu.3.ff. de verb.oblig. Ruin.conſ.12.nu.14.
409 & d.conſ.15.nu.10.lib.2. Hac tamen in re alij diſtinguunt: † vt ſi incipias à conuocatione teſtium ad inſtantiam diſponere volentis facta,tunc ipſa teſtium conuocatio ſufficiat. Si verò incipias ab interrogatione, tunc requiratur etiam teſtium conuocatio. Ita diſtinguit Ruin. conſ.9.ſub nu.9.verſ. & quàmuis.lib.3. Caliaul.in d.§.ſi quis ita.nu.10. & ibidem Butigel. ſub nu.11.verſ. Fateor
410 verè. Ex morbo autem † ingraueſcente, periculoq; mortis inſtantis hanc ipſam deliberationem metitur Ioan. Fab. in.§. planè.in ver.Ego credo.Inſti.de milit.teſta. Fulg.conſ.30.Factum ſic ſe habet, A.veniens ad mortem.col.fin.verſ.ceterum. Ex omnibus ve-
411 rò † ipſis coniecturis in d.§. propoſitum. congeſtis deliberationē ipſam conſiderat Iaſ. in d.l.cunctos populos in 2.lect. ſub nu.20. 21.22.Soc.Iun.d.conſ.279.nu.39.lib.2. Granmat.conſ.53.ſub
412 nu.3.in Ciuil. Veruntamen, Alciato iudice, † non eſt opus tot cō iecturas colligere: cùm nihil, quod ad eas coniecturas attinet, quę recenſentur in d.§.propoſitum. qui certamina tanta inter Doctores excitauit, dubitatum fuerit per Scæuolam: ſed in teſtatoris ipſius reſponſo tota dubitatio conſtiterit: quippe qui interrogatus, an ea dixiſſet, de quibus in illo tex. græca voce reſpondit
413 μάλιστα, quæ dictio Maximè, ſignificans † cùm omninò,& apertè affirmatiua non ſit, quæſtioni cauſam dederat.Ita inquit Alciat.
414 Parerg.Iuris lib.3.cap.23. Ab hoc etiam intellectu † parum diſcrepat alter intellectus, quem ad ipſum.§. propoſitum. accommodat ipſe Alciat.in d.l.j.§.ſi quis ita.nu.17.in Repet.ff. de verb. oblig. In prima enim lectura, præter textus reſtitutionem ex Pādectis Florentinis, nihil vlterius excogitauit Alciatus, vel ſaltem
415 expreſſit: Sed ſimpliciter ibi dicit † Iaſoni, & ceteris obortas eſſe in eius

in eius Paragraphi interpretatione magnas tenebras: cùm, ſcilicet, tot, ac tantas coniecturas ad eius interpretationem colligant, & adſtruant. In Repet. inquam d. §. ſi quis ita. dubitationem Iu-
416 riſconſulto † incuſſam fuiſſe aſſerit Alciatus, non quidem quòd teſtator vſus ſit verbo Volo, uel Velle: cùm immò illa verba, *Quòd vellet relinquere*, ſint Iuriſconſulti, non teſtatoris: ſed ex reſponſo ipſius teſtatoris dato per ipſam dictionem, μάλιστα, ideſt,
417 Maximè, quæ non ſit † in totum affirmatiua. Item quia teſtator non ſpecificauerat bona, de quibus poſtea interrogatus coram amicis ab ipſo teſtatore prius accerſitis, cenſeatur per illam reſpõſionem ſatis declaraſſe voluntatem, licet ambiguam. Et ita vtrobiq; Alciatus magnam vim facit in ipſa dictione μάλιστα, vel Ma-
418 ximè, quæ † non ſit apertè, & in totum affirmatiua, non autem in tot congeſtis à Doctoribus coniecturis. Et reuera (vt Alciati ſententiam confirmemus) iuſtiſſimam dubitandi in illo tex. rationem
419 attulit ipſa dictio μάλιστα, vel Maximè, quæ † præter Alciatum, multiplicem habet intellectum. Nam quandoq; ſignificat Valdè: quandoq; Certè: quandoq; Tantùm: quandoq; Præcipuè: quãdoq; ſtat Implicatiuè: quandoq; Comparatiuè: quandoq; Abundat: quandoq; Idem eſſe in caſu contrario ſignificat: quandoq; alias habet ſignificationes: vt liquet ex traditis ab Alber. in ſuo Dictionario in ver. Maximè. Bar. in Extrauag. Ad reprimendum. in ver. Maximè. Rip. in l. j. nu. 122. ff. ſolut. matr. Doct. in l. qui ſe patris. Præſertim Iaſ. nu. 34. 35. Dec. nu. 10. Gozad. nu. 80. Fabi. Acoromb. nu 59. C. vnde liberi. Zuchard. in. l. j. nu. 125. C. qui admitti. Corn. conſ. 136. nu. 5. lib. 2. Bertrand. conſ. 1. nu 46. vol. 1. par. j. & conſ. 149. ſub nu. 21. vol. 6. Aymon. Crauet. conſ. 227. nu.
420 10. Crott. conſ. 144. nu. 14. Quid ergo mirum, † ſi ſtante multiplici expoſitione dictionis illius μάλιστα, vel Maximè, iuſta dubitandi ratio ſuborta fuit Iuriſconſulto, nunquid Prædia deberentur Caio Seio in terminis d. § propoſitum? Nam vertitur obſcu-
421 ritas † circa dictionem aliquam ex eo, quòd multipliciter illa intelligi poſſit: vt inquit Gloſ. in. l. veteribus. in ver. obſcuram. vbi Bar. Bal. Pau. Caſt. & alij. ff. de pactis. Aymon Crauet. Reſp. j. pro
422 Genero. nu. 98. & nu. 316. Et quod multipliciter exponitur † eius veritas ignoratur, inquit Boëtius in propoſito relatus à Bal. conſ. 218. Petita venia. col. 2. in princ. lib. 3. & ab Aymon. Crauet. conſ. 9. nu. 33. & à Catel. Cott. in Memoral. in ver. Apices iuris. ad fin.
423 Et ſi dicatur, † quòd ſtante iſto intellectu Alciati ad ipſum. §. pro-

poſitum.ſequeretur Iuriſconſultum ibi formaſſe quæſtionem ſuper teſtatoris reſponſo, & ei non reſpondiſſe: cùm tantummodo reſpondeat ſuper validitate fideicommiſſi, de qua non eſſe dubitandum aſſeuerat: quod Alciatus non animaduertit. Reſpodeo
424 non eſſe inconueniens, † quòd I.C. formet quæſtionem, & aliter non decidat: quandoquidem tunc cenſeatur decidere pro parte affirmatiua, quòd ſic, prout formauerat quæſtionem. Hoc etenim Antiquos I.C.C. quandoq; facere conſueuiſſe aduertit Iaſ. in.l. cũ fundus.§. ſeruum tuum. nu. 6. per illum tex. vbi concor. tradit ff.ſi certum pet.

Vides igitur (vt à ſemita in viam redeamus) quomodo Docto-
425 res † paſſim, vt ſuum cuiq; pulchrum eſt, prænarratis coniecturis quandoq; pluribus, quandoq; paucioribus, quandoq; coniunctim, quandoq; ſeparatim vtuntur ad ipſam deliberationem diſponendi coniecturandam. Ita vt facilè conſtet totam remipſam
426 † arbitrio Iudicis reliqui: iuxta ſententiam Fulg. in d.l. cunctos populos, de qua ſupra memini nu. 399. cui adſtipulatur Alciat. eodem loco, ſub nu. 7. verſ. ceterum. Soc. Iun. in d.l.j.§.ſi quis ita. ante nu. 8. verſ. vndè arbitror arbitrio Iudicis terminandum, &c. ff. de verb. oblig. Natt. in d.§. ex imperfecto. q. 30. ſub nu. 163.
427 verſ. in hoc tamen non poteſt. Vbi dixit † certam dari non poſſe doctrinam, qualiter apparere poſſit de deliberata, vel non deliberata mente teſtatoris ad perficiendum teſtamentum: ſed totum eſſe relinquendum arbitrio Iudicis, qui circunſtantijs negotij inſpectis, rem diffiniat. Veruntamen, ceteris paribus, in dubio iudicandũ eſſe verba deliberatè prolata fuiſſe: vt ibi per ipſum Nattam, quem ſupra etiam nu. 339. ad hoc opportunè ſemel retulimus, & iterum hoc loco libenter citamus, vt veteri Prouerbio ſa-
428 tisfaciamus † Iterum, ac tertiò, quod pulchrum eſt. quod Platonem ſæpius vſurpaſſe, eo volentem oſtendere, quæ pulchra, queq; ægregia ſunt bis, & ter, & ſæpius repeti poſſe, & oportere, dixit Tiraquel. De legibus connub. in.l. 9. ſub nu. 26. vbi plura ad excuſandam repetitionem ſcripta reliquit. Sic videmus Iudicum cir-
429 cunſpectioni † relinquendum eſſe, quæ coniecturæ ſufficiant ad perſuadendum filios poſitos in conditione cenſeri vocatos: vt inquit Soc. in Rep.l. cùm auus. in fin. ff. de condit. & demon. Curt. Iun. conſ. 96. nu. 2. Hierony. Zanch. in.§. cùm ita l. hæredes mei. nu. 728. 729. vbi alios citat. ff. ad trebel. Doctiſs. ac diſertiſs. I.C. D. Iacob. Menoch. De Arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. in caſu. 148.
Sic etiam

Sic etiam videmus ipſius Iudicis circunſpectioni relinquendum
430 eſſe, † quæ ſint aſſumendæ coniecturæ ad dicendum, quòd fidei-commiſſum conditionale, decedente fideicōmiſſario ante conditionis euentum, tranſmittatur ad hæredes. Ipſe enim Iudex variè ex perſonis, & cauſis iudicare debebit, inquit Soc. Iun. in d. l. hęredes mei. §. cùm ita. nu. 55. & ibi Hierony. Zach. poſt nu. 233. alios referens. ac ipſe D. Menoch. d. centur. 2. in caſu. 165.

Videamus ergo An in negotio, de quo tractatur, tot circunſtātiæ vigeant, quæ arbitrium Doctiſs. Prudentiſs. ac Religioſiſs. D. Iudicis informare poſſint ad credendū verba teſtatoris noſtri deliberatè prolata fuiſſe ad teſtamentum perficiendum. Qua in re
431 peragenda ſi demonſtrauero † eas omnes coniecturas, vel æquiualentes in caſu noſtro concurrere, quæ ex mente quorundam Doctorum concurrunt in terminis. d. §. propoſitum. l. Pamphilo. de leg. 3. nihil erit certè cur non, omnibus Doctoribus Iudicibus, nobis concedatur perfectiſſimè probatam eſſe mentis deliberationē
432 ad teſtandum. Quandoquidē cùm pauci † admodum omnes illas coniecturas ſimul, & ſemel in vno caſu expetere videantur, vt Ia-
433 ſon, Socinus Iun. Grammaticus. Plurimi † tamen vna, vel duabus ad ſummum ex illis ipſis coniecturis ſunt contenti, vt Bar. Pau. Caſt. Natt. Ruin. Caliaul. Butigel. Ioan. Fab. Fulg. Alciat. & pleriq; alij ab iſtis citati in locis, de quibus ſupra nu. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 412. & ſeq. Ita vt facilè conſtet hanc eſſe veram, & cō-
434 munem Doctorum ſententiam. Quare vt omnibus † Doctoribus integrè ſatisfaciamus, & omnes difficultates radicitus euellamus, ſingulas coniecturas in d. §. propoſitum enumeratas ad caſum noſtrum applicare decreuimus.
435 Miles erat ille teſtator, † qui maximis priuilegijs in teſtamenti confectione decoratur: vt per totum tit. ff. & C. & Inſti. de milit.
436 teſtamen. Atqui teſtator noſter erat Pater, † qui non minoribus priuilegijs, cùm inter liberos teſtatur, vt contigit in caſu noſtro, præfulget d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamen. d. l. fin. C. famil. herciſ. d. Auth. de teſtamen. imperf. Quod latè ſupra explicauimus nu. 45. vſq; ad nu. 95. Et quod valeat arg. de teſtamento militis ad teſtamentum Patris inter liberos latè probabimus infrà nu. 646. vſq; ad nu. 657.

Contubernalis erat ipſius militis ille, in quem diſpoſitio con-
437 ferebatur: & ſic perſona veriſimiliter dilecta: † quod plurimum operatur ad ſignificandū, quòd verb. Volo, deliberatè fuerit prolatum,

latum, & efficit vt diſpoſitio inducatur, ſecundum Soc. Sen. conſ. 86.ſub nu.4.verſ.Quarto idē colligitur ex qualitate perſonæ, &c. lib.3. Iaſ.in d.l.cunctos populos.in 2.lect.ſub nu.21.verſ. Quinto ibi diſponebatur. Guliel.Benedict. in.c.Raynutius.in ver. Teſtamentum.3.nu.53.de teſtamen. Crott.in d.l.j.§.ſi quis ita.ſub nu. 24.in.j.lect.ff.de verb.oblig. Sed quæ perſona, obſecro, veriſimi-
438 liter potuit eſſe magis dilecta † à teſtatore noſtro, quàm filia, & ea quidem vnica, in teſtamento, de quo verba facimus, inſtituta?
439 Nullus enim amor vincit paternum † l.fin.in princ.C.de curat.furio. cùm pater plus diligat filium, quàm ſe ipſum.l. illi quidem.ff. quod met.cau.tradit Soc Sen.conſ.26.poſt nu.6.lib.4. Dec.conſ. 611.nu.8. Ioan.de Amic.conſ.144.nu.5.6. Riminal. conſ.261. nu.39.40.Soc.Iun.cōſ.59.nu.4.5.6.7.8.9.lib.3. Aymon Crauet. conſ.j.nu.2. Iac.Philip.Port.conſ.6.nu.14. & conſ.38.nu.31. & conſ.119.nu.8. Cephal.conſ.94.nu.13. & conſ.164.nu.21.22. 23. Natt.conſ.76.nu.10.& conſ.471.nu.19. Chaſſenæ.in Conſuet. Burgund. in tit. *Des Iuſtices, & droictz d'icelles*. In verſ. *Et droictz d'icelles*.nu.34. Qua de re plurima congeſſit Guliel.Benedict.in.c. Raynutius. in continuatione ad ver. Duas habens filias. quæ incip.Et quia in memoria paterna.de teſtamen. Et multò plura Tiraquel.in.l.ſi vnquàm. in Præfat.nu.3.igitur vt in ſcenā. vſq; ad nu.37. Sed iam, ni fallor, C.de reuoc.donat.Et talis, ac tantus
440 eſt † ardor paterni amoris in filios, vt tacitè inducat clauſ.Codicillarem, & clauſ. *Valeat omni meliori modo, &c.* in teſtamento patris inter liberos: vt inquit Bal.in.l.ſi iure.C.de teſtamen.manumiſ. & pleriq; alij voluerunt, quos infrà opportunè referemus nu.488.
* & nu.567.568.569. vbi * communem Doctorum ſententiam
441 hanc eſſe probabimus. Ex ipſo etiam ardore † paterni amoris in filios tacitè inducitur clauſ.derogatoria in teſtamento patris inter liberos, Etiam ad tollendum primum teſtamentum, in quo ipſa clauſ.derogatoria expreſsè fuerit appoſita: vt dixit Roman.conſ. 179. Ampliſſimè Doctor.col.pen.verſ.ſecundo dico, quòd vltima. Et multi alij tradiderunt, quos infrà congruo loco citabimus nu. 848.vſq; ad nu.860. & nu.919.vſq; ad nu.923. vbi pariter hanc
* eſſe * communem Doctorum opinionem demonſtrabimus. Et
442 quòd inter liberos † præſumatur patris deliberatio: cùm naturalis ſtimulus patrem ipſum hortetur, & vrgeat ad cogitandum pro liberis, cenſuit Bal.in d. Auth.Quod ſinè.ſub nu.3.C. de teſtamē. quem ſequitur Corn.conſ.118.poſt nu.7.lib.3. Atq; in terminis,

quòd

443 quòd verb. Volo, deliberatè prolatum † præſumatur, & inducat diſpoſitionem, quando inſtituta perſona eſt de liberis, dixit Soc. Iun. in d.l.j.§. ſi quis ita. nu. 8. ff. de verb. oblig.

Miles ipſe non habebat liberos, neq; cognatos: ex qua conie-
444 ctura † facilè perſuaderi poteſt verb. Volo, deliberatè prolatum ab eo fuiſſe ad fauorem Contubernalis ſui cariſſimi, ex his, quæ proximè ſupra diximus nu. 437. Nec liberorum, vel cognatorum
445 amor, † quibus carebat, potuit veriſimiliter præponderare dilectioni Contubernalis, & ipſum militem abſtrahere ab eo teſtamē-
446 to. At in caſu noſtro teſtator habebat filiam † dilectiſſimam, & cariſſimam. Quod certiſſimum præſtat argumentum maxima cum deliberatione verb. Volo, ab ipſo patre prolatum fuiſſe ad fauorem ipſius filiæ, quam vnicè diligeret. per ea, quæ proximè ſupra diximus nu. 438. 439. & ſeq. Et cuius amor ardens in filiam exiſten-
447 tem † veriſimiliter præponderare potuit affectioni, quàm ad aliam quamlibet perſonam ipſe teſtator habere potuiſſet, & ipſum abſtrahere à quacunq; teſtamenti factione, in qua non eſſet ipſa filia
448 præ ceteris omnibus honorata: Ne, ſcilicet, videatur † teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere: vt inquit Imp. in.l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. ſequutus celeberrimum illud Papiniani Reſp. in.l. cùm auus. ff. de condit. & demon. Quod cumulatiſſimè ex infinitis propè legum, rationum, deciſionum, auctoritatum, hiſtoriarum, & aliarum demonſtrationum argumentis exornauit Tiraquel. in.l. ſi vnquàm. in Præfat. nu. 3. igitur vt in ſcenam. vſq; ad nu. 37. Sed iam, ni fallor. C. de reuoc. donat. Et hæc præſum-
449 ptio non parum adiuuatur ex illa † coniectura, quòd quis cenſeatur illud voluiſſe, quod vel ius commune, vel ius municipale ſuæ patriæ diſponit in ſucceſſionibus ab inteſtato: vt inquit Bar. in.l. hæredes mei. §. cùm ita. nu. 4. ff. ad trebel. & ibi latè Alex. nu. 8.
* vſq; ad nu. 12. Rip. nu. 74. 75. vbi atteſtatur hanc eſſe * communē Doctorum ſententiam: & nu. ſeq. vſq; ad nu. 81. Fab. Acoromb. nu. 44. 45. 46. Soc. Iun. nu. 68. 69. Hierony. Zach. nu. 1119 1120. ac ſeq. hanc ipſam fuſius deducens * com. opi. Curt. Iun. cōſ. 154. præſuppouitur in facto. nu. 7. 8. vbi & ipſe hanc dicit eſſe * communem. Soc. Iun. conſ. 179. nu. 51. 52. lib. 2. Roland. à Val. conſ. 68. nu. 37. 38. 39. 40. lib. j. Iul. Clar. in. §. teſtamentū. q. 76. Reg. 6. vbi latè demonſtrat hanc eſſe * communem Doctorum opinionē. Quod ſi inſpiciamus ius commune, nemini dubium eſſe debet, quin teſtator cenſeatur voluiſſe filiam admittere ad ſuam hæreditatem

450 tatem : cùm in ſucceſsionibus † ab inteſtato prima cauſa ſit filiorũ.
.§.1.Inſti.de hæred. quæ ab inteſt. defer.§.1. Auth. de hæred.ab
451 inteſt.venient. Si verò inſpiciamus ius municipale † Regienſium,
idẽ erit reſpondendum, quandoquidem , non exſtantibus deſcen
dentibus maſculis , ipſa filia ceteris omnibus, etiam agnatis præ-
ponatur:vt clariſsimè perſpicitur ex ſtatuto Regien.ſub Rub.Qui
ſuccedere debeant ab inteſtato . lib.2.

In diſcrimine vitæ conſtitutus erat Miles per infirmitatem , in-
452 quit Scæuola . Quæ coniectura ita militat † in caſu noſtro,vt nihil
magis . Nam teſtator noſter, ingraueſcente infirmitate , certiſsi-
mam mortem propè horam opperiebatur. Hinc poſt Sanctiſsi-
mam Euchariſtiam acceptam , teſtamenti factionem accelerauit ;
& mentis ſuæ facta teſtatione , poſt tres horas obdormiuit in Do-
mino. Quo fit vt de deliberatione mentis eius ad diſponendũ mi-
453 nimè ſit dubitandum : Cùm in mortis † articulo conſtitutus cen-
ſeatur verba deliberatè proferre ad diſponendum per vlti-
mam voluntatem, etiam quòd vtatur verb.Volo, cum infinitiuo.
tex.eſt in.l.ſi pater.§.fin.ibi. *Nam ea, quæ in extremis dixiſſet,&c.*
454 ff.de fideicom.libert. Quod adeò verum eſt, vt licet † nulla verba
operentur teſtamentum, niſi expreſsè appareat, quòd teſtator vo-
lebat teſtamentum facere, & ad illud ſe diſpoſuerat:vt inquit Ioan.
Fab.in.§.planè.in ver.Ego credo.Inſti.de milit. teſtam. Si tamen
455 in diſcrimine † vite conſtitutus verba proferat ſapientia vltimam
voluntatem, abſq; vlteriori inueſtigatione ex illis verbis teſtamen-
tum inducitur : vt hunc caſum excipit ibidem Ioan.Fab.in quo ca-
456 ſu † vult procedere tex.in d.l. Pamphilo.§. propoſitum. de leg.3.
ſequitur ibi Aret.in gloſ.in ver. ſermonibus . ſub nu. 11. Soc.Iun.
457 d.conſ.179.nu.58.lib.2. Et ad hunc effectum † diſcrimen vitæ
expendit Fulg.d.conſ.30.Factum ſic ſe habet.A.veniens ad mor-
tem.col.fin.verſ.ad tertium reſpondeo.Ruin.conſ.192 ante nu.5.
verſ.& erat D.Ludouicus in diſcrimine vitæ conſtitutus. lib.2. &
ſæpius Soc.Iun.d.conſ.179.lib.2.videlicet, ſub nu.38.verſ.Quar-
to pro hac opinione.nu.65.& nu.89.& nu.90.& nu.94.cum alijs
ibi relatis ab ipſo Socino.

Accerſitis amicis , Miles ipſe verba protulerat , inquit etiam
458 Scæuola . Quòd ad deliberationem mentis probandam † ſummè
pertinere , etiam vbi aliàs rogitus teſtium non ſit neceſſarius , vo-
luerunt Doctores: vt alios citans tradit Ruin.d.conſ. 192. ſub nu.
4 lib.2.& Soc.Iun.d.conſ.179.nu.31.32.33.34.lib.2. Quod ta-
me.

459 men. † ita eſt intelligendum, vt conuocatio amicorum, ſeu rogitus teſtium non requiratur ad ſolennizandum actum, ſed ad mentis deliberationem ſignificandam: Proptereaq; ſufficiat alio modo
460 † quàm per conuocationem amicorum, vel rogitum teſtium conſtare de mentis deliberatione: Puta ex aliquibus verbis, quę extrà
461 † & ante teſtamentum quis dixerit: Veluti quòd volebat relinquere illum hæredem, de quo poſtea agitur: ex quibus ipſa mentis deliberatio deprehendatur: vt declarat Ruin. d. conſ. 192. ante nu. 5. verſ. & quàmuis ponderetur. & nu. 5. & ſub nu. 9. verſ. itē non obſtat. lib. 2. Quod etiam expreſsè voluit Soc. Iun. d. conſ. 179. ſub nu. 31. ibi. *Tamen ſi aliundè non conſtat de voluntate diſponendi, &c.* & ſub nu. 34. ibi. *Si aliundè de deliberata mente conſtaret, &c.* & ſub nu. 74. ibi. *Si aliter non aparet de animo deliberato, &c.* & ſub nu. 79. ibi. *Puta quia teſtes ad id vocauit, vel aliter.* & ibi. *Quando, ſcilicet, per conuocationem teſtiū, vel aliter conſtaret, quòd animo deliberato ſic dictum ſit.* Et alibi ſæpè per totum illud conſ.
462 179. lib. 2. Præterea quod ſupradictum eſt † conuocationem amicorum præ ſe ferre mentis deliberationem, declarandum eſt, vel potius ampliandum, vt tantundem operetur expoſitio mentis ſuæ facta coram fide dignis perſonis, licet nō accerſitis, per verb. Volo, etiam iunctum cum infinitiuo: coram quibus non eſt veriſimile, quòd verba iactantia proferre voluerit: vt pulchrè dixit Soc. Sen. d. conſ. 86. ſub nu. 4. verſ. Secundò, quia dicta verba protulit coram fide dignis, &c. lib. 3. Sequitur Gozad. in. l. qui ſe patris. nu. 98. C. vndè liberi, Niger in d. l. j. §. ſi quis ita. ſub nu. 134. ff. de verb. obl.
463 Quid eſt igitur quod in caſu noſtro dubitetur † de mentis deliberatione teſtatoris noſtri? quæ luce meridiana clarius perſpicitur, ſi non ex conuocatione, & rogitu teſtium; at ex conuocatione, & rogitu Notarij facto ab ipſo teſtatore. Item ſi non ex verbis ante, & extra teſtamentum prolatis: at ex literis ſemel, & iterum ſuper ipſa teſtamenti factione ad Generum prius conſcriptis. Item ex mentis ſuæ expoſitione facta coram perſonis fide dignis ab eius ore pendentibus. Item ex multis alijs coniecturis ad caſum iam applicatis: & ex alijs etiam mox applicandis: quarum ſingulæ ad mentis deliberationem ſignificandam conuocationi amicorum æquipollent: iux. relatam Ruini, & Socini Iunioris ex mente omnium Doctorum depromptam ſententiam.

Geminata fuerunt verba à Milite, inquit Iaſon, quod multum
464 operatur † ad ſignificandam mentis deliberationem, & enixam

O diſponendi

diſponendi voluntatem: iux.l.baliſta.cùm ibi not.per omnes Doctor.ff.ad trebel.& plurima cumulata per Roman.in Rep.l.ſi verò .§.de viro.Fallen.31.ſub nu.144.vſq; ad nu.163.ff.ſolut.mat.vbi latè de effectu geminationis. Ant.Corſet. in Tract.de verbis geminatis.per totum. Catel.Cott.in Memoral.in ver. Geminatio verb. Soc.Iun. conſ.98.nu.11.lib.j.& conſ.30.nu.6.lib.4. Crott.conſ. 143.nu.24.25.26.27.28. Roland.à Val.cõſ.61.nu.15.16.lib.2. Neuiza.conſ.66.nu.28. Aymo.Crauet.cõſ.201.nu.42.& Reſp.j. pro Genero.nu.133. Matth.Gribal.conſ.40.nu.16.inter conſilia Iac.Philip.Port. & ipſum Port.conſ. 103.nu.4.5.6. Et inter alia
465 † geminatio operatur, vt verba enunciatiua propter aliud principaliter emiſſa, quæ regulariter non operantur, ſi fuerint geminata diſpoſitionem inducant, ſecundum Bar. & Angel.in d.l. cùm ſcimus.C.de agric.& cenſit.lib.11.Iaſ.in.l.ex his verbis.in.j limit.& ibi Dec.in.j.limit. cum concor. per ambos ibi traditis.C. de teſta. milit. Ant.Corſet.in d.Tract.de verbis geminatis.ante nu.2.verſ. Tertio verba enunciatiua. Roland.à Val.conſ.60.nu.25.lib.j. Cephal.conſ.47.nu.32.&.conſ.192.nu.37. Sed cùm hac geminatione verborum, de qua in d.§.propoſitum.conferendam eſſe cen
466 ſemus † Geminationem epiſtolarum, quas teſtator ad Generum ſuper vltima voluntate ſua cõſcripſit: ex quibus mentis deliberatio & enixa diſponendi voluntas ita manifeſtè deprehenditur, vt nulla
467 ſit opus alia demonſtratione. Cùm præſertim Geminatio † hæc Epiſtolarum temporis interuallo facta fuerit: quæ quidem ad maiorem, & maturiorem deliberationem ſignificandam plus operatur, quàm geminatio verborum facta incontinenti: maximè quãdo verba nõ ſunt in ſcriptis redacta: iux. tradita per Iaſ.in.l.ſi quis in conſcribendo.nu.23.24.25.& ibi Dec.nu.1.2.3.4.C.de pactis. & ipſum Iaſ.in.l.j.nu.30.31.32.33.34.ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.ac Dec.in d.l. ex his verbis.nu.11.C. de teſtamen.milit. Galiaul.in Rub.ff.de verb.oblig.nu.79.Felin.in.c.ſi cautio.ſub nu. 32.verſ. Sed vnum nouiſſimè nota.de fide inſtrum. Ant.Corſet.in d.Tract. de verbis geminatis.nu.3.4. Riminal.conſ.37.nu.14. & ibi Apoſtil.Cephal.d.conſ.192.nu.37.

Reſponſio facta ad interrogationem, quam perpendit Iaſon in caſu illius Militis, & quæ inter ceteras coniecturas connumeratur à ſcribentibus in prædictis locis, non interuenit quidem in caſu noſtro, ſaltem eo modo, quo loquuntur ipſi Doctores: cùm non
468 minus ſuperuacaneum eſſet † interrogare teſtatorem noſtrum de

teſtamento

teſtamento ſuo per ſe ſolicitum, & anxium, voluntatemq; ſuam
469 extra dentes exprimentem: quàm † currenti equo, & quidem
470 præcipiti curſu, calcaria addere: Vel magis † Solem certare faci-
bus adiuuare: iux.tex.in.c.ſi omnia.6.q.j. Sed tamen cum hac ipſa
reſponſione facta ad interrogationem (vt cõiecturarum æquemus
471 numerum) conferendam eſſe cenſemus † vrgentiſſimam illam cõ-
iecturam, Quòd teſtator noſter ad teſtamentum conficiendum
iam ſe præparaſſet: tum per ſchedulam ſui teſtamenti maxima cũ
deliberatione voluntatis, & maturitate conſilij manu propria ſcri-
ptam: tum per tranſmiſſionem ipſius ſchedulæ ad Generum, vt
quicquid roboris, & firmitatis, mediantibus clauſulis, & verbis ad
teſtamentum in voluntate, ac diſpoſitione iam perfectum accede-
re poſſet, illud omne ab ipſo Genero Iuriſconſulto illi adiungere-
tur. Item per declarationem ipſius ſchedulæ, ac voluntatis teſtato-
ris, quę Genero ſubobſcura videbatur, poſterioribus literis ab ipſo
teſtatore factam. Necnon per conuocationem Notarij iuſſu teſta
472 toris dicentis ſe velle condere teſtamentum. Quæ omnia † indu-
bitatam præ ſe ferunt præparationem ad teſtamentum perficien-
dum, & omnibus numeris abſoluendum. Concurrente præſertim
diſcrimine vitæ, in quo conſtitutus erat teſtator, & alijs militanti-
bus coniecturis, quæ iux.terminos d.§.propoſitum. iam diſcuſſæ,
& ad caſum applicatæ fuerunt. Hæc igitur certiſſima præparatio
473 † ad teſtandum etiam, atq; etiam operatur non ſolùm ad delibe-
rationem mentis coniecturandam: ſed etiam ad ſuppletionem ver
474 borum, vt ex eis inducatur diſpoſitio. Gloſ.eſt † not. in.l j.§. ſin
autem.in ver.Lucius.ff.de hæred.inſti. quatenus ibi intelligit ver-
ba illa textus, *Lucius hæres*, importare hæredis inſtitutionem, licet
non adſit verb, *Eſto*: quia proferens illa verba ſe præparauerat ad
teſtandum. Et illam gloſ.ad hoc ibi notant Angel.& Imol.ſequun-
* turq; Doctores * communiter: vt atteſtatur Soc.Iun.d.conſ.179.
475 nu.56.lib.2. Et hanc ipſam diſpoſitionẽ, vel præparationem † ad
teſtandum in propoſito noſtro magnifacit Ioan.Fab.in d.§.planè.
in ver.Ego credo.Inſti.de milit.teſtam. quem ſequitur Aret. ibi in
gloſ.in ver.Sermonibus.nu.11.& Soc.Iun.d.conſ.179.nu.62.&
paſſim per totum conſ.lib.2. Ita vt iure optimo dicendum ſit ex
476 hac ipſa † coniectura præparationis ad teſtandum non minus clarè
apparere de voluntate deliberata, quàm ex illa coniectura reſpon-
ſionis factæ ad interrogationem: nihilq; referre, quòd hæc ipſa
coniectura reſpoſionis ad interrogationem non concurrat, poſt-

quàm hæc altera præparationis ad teſtandum illi æquipollet: quod
477 ſufficit in hac materia, † in qua relatæ coniecturæ pro ſolennitate
nõ requiruntur, ſed pro voluntate declaranda, quę per ęquipollens
declarari poteſt: vt in ſpecie dixit Ruin. d. cõſ. 192. ſub nu. 5. lib. 2.

478 Sic igitur applicatis † ad noſtram facti ſpeciem omnibus illis
coniecturis, vel æquipollentibus, quæ ab aliquibus eliciuntur ex
d. §. propoſitum. l. Pamphilo. de leg. 3. & in hac materia coniectu-
rali deliberatæ voluntatis ad teſtandum circunferuntur inter Do-
479 ctores: Doctiſs. Prudentiſſimuſq; D. Iudex † abſq; vlla prorſus
hæſitatione arbitrari perſanctè poteſt, & debet verba, de quibus
agitur, deliberatè prolata fuiſſe à teſtatore noſtro: qui etiam vel
ex aliquibus earum ſolummodo hoc ipſum arbitrari poſſet: &
multòmagis ex omnibus ſimul, & ſemel concurrentibus: vt in ſpe
cie dixit Soc. Sen. d. conſ. 86. ſub nu. 4. verſ. Sed in caſu noſtro Pru-
dens Iudex arbitrari poteſt, &c. & ante nu. 5. verſ. ex quibus omni
bus, &c. lib. 3.

Non obſtat etiam, quòd Sexto loco dicebam diſpoſitionem
D. Celſi non poſſe ſuſtineri in vim teſtamenti nuncupatiui, quia
videatur ipſum voluiſſe teſtari in ſcriptis, nec ſolennia teſtamenti
in ſcriptis in eius teſtamento ſeruata ſint, &c. quia Reſpondeo
480 Bartolum † ex aduerſo citatũ in d. l. fin. in fin. ff. de iure codicil. in-
telligendum eſſe ſecundum diſtinctionem, quam ipſe tradit ibi poſt
481 Dyn. Quòd, ſcilicet, Aut † conſtat teſtatorem voluiſſe teſtari in
ſcriptis, & non alio modo: & tunc ſi deficiant ſolennitates requi-
ſitæ, non ſuſtinetur teſtamentum etiam iure teſtamenti nuncupa-
482 tiui. Aut † non conſtat: & tunc licet ceperit teſtari vt in ſcriptis,
valet tamen vt nuncupatiuum, ſi tot teſtes interuenerint, quot ſuf-
383 ficiunt ad nuncupatiuum. Non enim † credendum eſt teſtatorem
voluiſſe reſtringere ſe ad vnam teſtamenti ſpeciem, & ſic eligere
viam, per quam ſuum iudicium impugnetur. l. 3. ff. de milit. teſta.
484 Nam ſumenda † ſemper eſt illa interpretatio, per quam actus ſu-
ſtineatur, niſi voluntas teſtatoris expreſsè repugnet. l. quoties in
485 actionibus. cùm ibi not. ff. de reb. dub. Ita diſtinguit † Bar. in d. l.
fin. ff. de iure codicil. quem ſequitur Pau. Caſt. & Alex. in d. l. hac
conſultiſſima §. per nuncupationem. vbi & Iaſ. cum multis per eũ
relatis. C. de teſtamen. Alex. conſ. 105. ſub nu. 4. verſ. & poſito
quòd fuerit accerſitus notarius, &c. & nu. 5. lib. 7. Ruin. d. conſ. j.
* ſub nu 21. lib. 2. Gozad. d. conſ. 3. nu. 11. vbi atteſtatur hanc eſſe *
communem Doctorum opinionem. Iul. Clar. in §. teſtamentum.

q.4.vbi pariter dicit hanc eſſe * communem Doctorum ſententiã.
486 Quàmuis ibi non rectè carpat † Gozadinum, quippequi loquatur in terminis, in quibus & Bar. in d.l.fin.ff.de iure codicil. quem ip-
487 ſe Gozad.allegat.& ipſam Bartoli diſtinctionem † ſequitur Boër. d.Dec.240.nu.6.vbi dicit * cõmunem.Fernand.Vaſqui.in Tract. de ſucceſ.creat.§.11. vbi à nu.1. vſq; ad nu.20. latiſſimè probat hanc eſſe * veram, & communem Doctorum ſententiam. & in Tract.de ſucceſ.progreſ.§.30.ante nu.45. Quę quidem abſq; vlla
488 prorſus difficultate tranſit † in teſtamento Patris inter liberos, in quo per legis interpretationem ſubintelligitur ſemper illa clauſ. *Si non valet quod ago, vt ago, valeat omni meliori modo, quo valere poteſt*: vt dixit Alex.conſ.176.nu.3.4.5.lib.5.& d.conſ.105.nu.6. lib.7.Boër.d.Deciſ.240.ſub nu.6. Fernand. Vaſqui.in d.Tract.de ſucceſ.creat.§.11.ſub nu.11.verſ. Aliquando, & tertio. cum trib. verſ.ſeq. conferunt optimè tradita in propoſito per Celeber. I.C. D.Paulum Leonium in Tract. ſubſtitutionum. in Compendioſa. nu.204. 205. & nu.225. vſq; ad nu. 231. & nu. 314. 315. & nu.
489 346. ob cuius † clauſulæ virtutem facilè admodum teſtamentum in ſcriptis conuertitur in nuncupatiuum, vt liquet ex proximè citatis Doctoribus, & ex alijs etiam, quos ad hanc ipſam clauſulam de-
490 ducemus infrà nu.567.568.569. Modò in propoſito † licet D. Celſus tunc temporis quando miſit ſchedulam ſui teſtamenti ad Generum, deſignaret forrè teſtari in ſcriptis, prout verba literarum eius, de quibus in obiecto, præ ſe ferre videntur: nihil impedit tamen, quominus diſpoſitio ſua poſſit valere vt teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos, poſtquàm tot teſtes interuenerunt, quot ſufficiunt ad eam teſtamenti ſpeciem: vt ſupra probauimus nu.63.cum ſeq.& nu.71. cũ ſeq.& nu.95.cũ ſeq.. Maximè autẽ noſtra confirmatur ſentẽtia
491 cùm non conſtet, † quòd ipſe D.Celſus tempore dictæ diſpoſitionis perfectæ, & abſolutè voluerit in ſcriptis teſtari, & non alio mo
492 do: quin potius totum pateat oppoſitum, † quòd, ſcilicet, nuncupatiuè tantùm nuncupatione implicita teſtari voluerit, & ita verè teſtatus ſit: quippequi in mortis articulo conſtitutus, ac certiſſimam mortem propè horam expectans, non quidem iuſſerit proficiſci Parmam ad accipiendam ſchedulam teſtamenti à Genero,
493 (quæ tamen † ad teſtamentum in ſcriptis condendum teſtibus fuiſſet à teſtatore ipſo exhibenda, vt ſignaretur, & ſubſcriberetur. iux.formam.l. hac conſultiſſima.C. de teſtamen. de qua Roland. à Val.

Val. d.conſ.36.lib.j.) ſed coram Notario, ac teſtibus expoſuerit
494 † ſe velle, quòd ipſa ſchedula teſtamenti, quam manu ſua ſcriptam ad Generum Parmam miſiſſet, ſuum eſſet teſtamentum, & ſua vltima voluntas. quæ verba ſunt apta proculdubio ad teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita inter liberos de iure ſpe-
* ciali perficiendum, ſecundum * communem Doctorum ſententiam, de qua Boër. d. Deciſ.240. ſub nu. 5. verſ. & ſic implicite. Natt.in.d.Auth.Quod ſinè.q.10.&.q.11.& alij plurimi ſupra relati nu.76.

Non obſtat inſuper, quòd Septimo loco dicebam in teſtamẽto D. Celſi tres tantùm teſtes interfuiſſe: cùm tamen & in teſtamento in ſcriptis, & in teſtamento nuncupatiuè condito ſeptem teſtes requirantur. quia Reſpondeo, quòd tex.in d.l. hac conſultiſſima.in princ.& in.§. per nuncupationem.C. de teſtamen. pro-
495 cedit † in teſtamentis de iure communi: non autem in teſtamentis de iure ſpeciali, qualia ſunt parentum teſtamenta inter liberos, in
496 quibus duo † teſtes ſufficiunt, ſecundum veram, ac receptiſſimam
497 Doctorum ſententiam. Quæ procedit etiã † ſi teſtes fœminæ ſint.
498 Et adhuc procedit etiam † ſi teſtes non ſint rogati, ſed fortuitò
* oblati: vt hanc eſſe veram, * & receptiſſimam Doctorum ſententiam ex teſtimonio Hieronymi Grati, Didaci Couarruuias, Iulij Clari, Fernandi Vaſquij, Franciſci Viuij, & M. Ant. Nattæ ſupra probauimus nu.63.64.65. Quibus addo (quod ad mulieris teſtimonium pertinet) Franc. Niconitium in Rub. de teſtamen. ante nu.25. qui hanc ſententiam dicit * cõmunem. Tiraquel.de Legib. conub.in.9.lege. nu.59. vbi inter * omnes hoc conuenire, nec cõ
499 trouerſum eſſe atteſtatur. Quare ex hac tripartita † communi Doctorum ſententia, non ſolùm tollitur Septimum obiectum de numero teſtium; ſed etiam Octauum, & Nonum, in quibus & de mulieris teſtimonio, & de non rogitu teſtium opponebatur.

Non obſtat quoq;, quòd Decimo loco dicebam D.Celſi ſcripturam non lectam, vel publicatam coram teſtibus non probare
500 teſtamentum. quia Reſpondeo ſcripturam † ipſam ſatis, ſuperq; coram teſtibus lectam, publicatamq; cenſeri ex eo, quòd teſtator ipſe coram teſtibus ad eam ſe retulit, & prout in ipſa diſpoſuit, atq; ita per nuncupationem implicitam omnia contenta in ipſa ſchedu-
* la expreſſit: iux. * communem illam Doctorum ſententiam, de qua (vt alios ſupra nu.76. ad hoc citatos omittamus) in terminis proprijs meminit Boër.d.Deciſ.240.ſub nu.5.verſ.& ſic implicitè, &

tè, & propriè videtur nominaſſe hęredes deſcriptos in eodem per relationem, &c. Conferunt optimè, quæ latiſſimè congerit Tiraquel. de Legib. connub. in Gloſ. 7. in ver. Exprez. Vbi Duodecimum ex ordine ſuo † Genus expreſſi commemorat: Cùm, ſcilicet, quid refertur ad aliud quippiam aliàs expreſſum. Id enim expreſſum quoq;, & quidem propriè cenſeri ex plurimis probat à nu. 182 vſq; ad nu. 202. Et ibi in ſpecie tradit de expreſſione nominis hæredis per relationem ad aliud, videlicet, nu. 193.

501

Præterea ſatis conſtat ex receptiſſima Doctorum opinione

502 † publicationis defectum non eſſe voluntatis, ſed ſolennitatis defectum: quæ ſolennitas tàm publicationis, quàm alterius rei, in teſtamento patris inter liberos non attenditur: vt in terminis dixit Pau. Caſt. conſ. 371. viſis omnibus punctis. in princ. lib. j. ſeu (vt appellant) in Antiquis. Alex. d. conſ. 105. in fin. & conſ 114. nu. 7.

503 lib. 7. vbi reprobato † Salyceto in oppoſitum à nobis citato, atte-

* ſtatur hanc eſſe * communē Doctorum ſententiam. Barbat. d. conſ. 58. ſub nu. 35. verſ. Nec obſtat cum allegatur tertio. lib. 4. vbi & ipſe, reprobato Salyceto, dicit hoc voluiſſe * totam penè iuris prudentiam. Riminal. conſ. 329. nu. 25. 26. vbi Apoſtil. dicit hanc eſſe * communem opinionē. Alex. de Neuo conſ. 14. ſub nu. 2. Guid. Pap. Deciſ. 538. Factum eſt teſtamentum imperfectum, &c. in fin. verſ. Sed quid ſi notarius. Soc. Iun. conſ. 144. nu. 59. 60. 61. lib. 2. & conſ. 64. nu. 1. 2. & conſ. 71. nu. 22. vbi dicit hanc eſſe * communem. lib. 4. Ioan. de Anan. conſ. 57. nu. 2. vbi dicit hoc firmari per * omnes ſcribentes. Quod latè probat * Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 46. & * Iul. Clar. in §. teſtamentum. q. 7. verſ. Aliquando verò. qui locupletiſſimum huius veræ, & receptiſſimæ Doctorum ſententiæ teſtimonium reddiderunt.

Vlterius quod dicitur teſtamentum non eſſe perfectum, niſi

504 fuerit coram teſtibus lectum, & publicatum † procedit quando quis vellet probare teſtamentum per inſtrumentum. Sed quando illud probatur per teſtes, vt in caſu noſtro; de publicatione notarij non eſt tractandum, ſed ſufficit ipſa probatio teſtium. Ita in termi-

* nis reſpondet Rui. d. conſ. j. nu. 22. lib. 2. & eſt * cōmunis opinio vt liquet ex Didac. Couar. in d. c. relatum. j. ſub nu. 11. verſ. Tertia concluſio. de teſtamen.

Non obſtat etiam, quòd Vndecimo loco dicebam Notarium non habuiſſe teſtamentum D. Celſi pro perfecto, & abſoluto. quia

505 Reſpondeo non eſſe curandum, † quòd notarius ipſe non habuerit teſta-

rit teſtamentum pro perfecto, & abſoluto, ex quo de diſpoſitione perfecta, & abſoluta teſtatoris per teſtes apparet: & quæ in dubio
506 † perfecta, & abſoluta præſumitur. Ita in terminis reſpondit Ruin. d.conſ.j.ſub nu.22.verſ.Non obſtat dum tertio.lib.2. Natt.in d. §.ex imperfecto.q.28.ſub nu.144.verſ. Aduertatur. Nec obſtat
507 † Bar. in d.l.ſi is qui.nu.3.ff. de teſtamen. ex aduerſo per nos allegatus. quia loquitur quando notarius non habet inſtrumentum pro completo, & abſoluto: vt quia ſcripſit, *Titius vendidit fundũ Seio pro centum, his pactis appoſitis, videlicet*. Nec vlterius progreditur. Certè, inquit Bartolus, inſtrumentum non facit fidem, quia notarius ipſe non habet illud pro completo, & abſoluto. Nõ autem dicit Bartolus, quòd talis contractus nõ valeat, ſi aliàs legitimè probetur per teſtes, quàmuis notarius inſtrumentum ipſius contractus non habuerit pro perfecto: Quia immò talis contractus per teſtes probatus eſſet obſeruandus, licet inſtrumentum nõ
508 fuiſſet perfectum: cùm inſtrumentum † fiat ad probationem contractus, non ad eius ſubſtantiam.l. contrahitur.ff.de pigno.& hyp.
509 & in terminis teſtamenti † tradit Soc.Iun. conſ. 144.nu.27.28.
* lib.2. vbi quàmplures citans inquit hoc eſſe * expeditiſſimum, & indubitabile. & conſ.189.nu.25.26.eod.lib.vbi dicit hoc in iure eſſe * clariſſimum. & conſ.32.nu.7.& conſ.62.nu.5.6.lib.4. Fernand. Vaſqui.in Tract.de ſucceſ. creat.§.25.nu.21. vbi dicit hanc
510 * veram, & communem. Fateor quidem, † quòd ſi notarius feciſſet inſtrumentum de voluntate, ac diſpoſitione D.Celſi, ſed imperfectum: nulla ex dicto inſtrumento imperfecto orietur probatio ipſius voluntatis, ac diſpoſitionis D. Celſi. & ita procedat deciſio Bar. in d.l.ſi is qui. aliàs.ſi quis cum. nu.3.ff. de teſtamen. quod firmauit Natt.in d.§. ex imperfecto. q. 36. Sed dico etiam
511 tunc locum † fore probationi per teſtes, quæ inſtrumento cadente, reiecta non cenſetur: vt expreſsè dixit, & in terminis Soc.Sen.cõſ. 2.nu.6.lib.3.Ruin.d.conſ.j.nu.21.22.lib.2. Didac.Couar.in d.c. relatum.j.ſub nu.11.verſ.Tertia concluſio.de teſtamen.

NON obſtat vlterius, quòd Duodecimo loco dicebam D.Celſum non habuiſſe teſtamentum pro perfecto, & abſoluto. Et ſic ex defectu voluntatis teſtamentum eſſe nullum. quia Reſpondeo coniecturam, ex qua hoc elicit notarius valdè fragilem eſſe. Eſto:
512 † enim quod D.Celſus, dicente erga illum notario, quod mittebatur Parmam ad accipiendum ſchedulam, vt publicaretur. acquieuerit annuendo capite, vt deponit ipſe notarius ſolus: non eſt propterea

pterea inferendum teſtatorem ipſum non habuiſſe teſtamentum pro perfecto, & abſoluto: ea, ſcilicet, perfectione, quæ ad ipſum teſtatorem ſpectabat: quamuis fortè dici poſſit teſtatorem non habuiſſe teſtamentum pro perfecto, & abſoluto eà perfectione,
513 quæ ad ipſum notarium pertinebat. Duplex † eſt enim perfectio
514 teſtamenti (vt ceteras illius perfectiones omittam, † quas recenſuit Guliel.Benedict.in c.Raynutius.in ver.Teſtamentum.I.nu 93 & in ver. Mortuo itaq; teſtatore.I.nu. 1-2. de teſtamen.) Prima,
515 † quæ pertinet ad teſtatorem, qui quidem tunc perficit teſtamentum, quando totam voluntatem ſuam declarauit, & habuit totam voluntatē ipſam pro declarata. Ita inquit Bar.in.d.l.ſi is qui.aliàs.ſi quis cum.nu.2.ff.de teſtamen. quem ex aduerſo allegatum ſic pa-
516 tet aptiſſimè retorqueri poſſe. Ex eo autem ſolo † cenſetur teſtator totam voluntatem ſuam pro declarata habuiſſe, quòd non cōſtet plus eum voluiſſe diſponere, quàm diſpoſuerit: cùm in dubio
517 † teſtatoris diſpoſitio præſumatur perfecta, quia nemo præſumitur habere plus in corde, quàm ore expreſſerit: vt in his terminis inquit not. Bal. in d.l.ſi is qui.aliàs,ſi quis cum.verſ. Tertio not. Alex.d. conſ.74. nu. 3. lib. j.Ruin. d.conſ.j. ſub nu.22.verſ. Non
518 obſtat dum tertio.in fin.lib.2.Præſertim † ſi hæredis inſtitutio iam ſit facta: vt inquit Curt.Iun.d.conſ. 12.ad fin. verſ. Præterea. Fernand.Vaſqui.in d.Tract.de ſucceſ.creat.§.22.ante nu.7.verſ. Tertius caſus. De quibus ſupra ſemel in propoſito mentionē fecimus
519 nu. 284. 285. 286. 287. Altera † eſt perfectio teſtamenti, quæ ſpectat ad Notarium, qui tunc perficit teſtamentum, quando poſt expreſſam à teſtatore voluntatem, ac diſpoſitionem: vt ſupra nu. 515.illam redigit in ſcriptis, & ſcripturam ſic confectam coram teſtibus publicat.l. ex ea ſcriptura. vbi Bar.ff.de teſtamen. Quan-
520 do igitur teſtator † pro parte ſua perficit teſtamentum modo,quo ſupra diximus nu. 515. nihil vlterius requiritur ad ſubſtantiam teſtamenti: adeò vt licet notarius pro parte ſua teſtamentum non perfecerit, quia, ſcilicet, vel non confecerit inſtrumentum, vel illud minus ſolenne fecerit, non ideò minus ſubſiſtat teſtamentum, ſi per teſtes probetur, quia inſtrumentum non ad ſubſtantiam,ſed ad probationem exigitur: vt ſupra dixi nu. 508. 509. 510. 511.
521 Vndè non officit teſtatorem † non habere teſtamentum pro perfecto ea perfectione, quæ ad notarium pertinet, videlicet,quia notarius ipſe inſtrumentum non confecerit de teſtamento: ſed ſufficit ipſum teſtatorem habere teſtamentum pro perfecto ea perfe-

ctione, quæ ad ſe ipſum pertinet, hoc eſt, quia totam voluntatem ſuam declarauerit, & illam totam pro declarata habuerit, quod, vt dixi, in dubio præſumitur: vt ſupra nu. 517. Ita in terminis reſpondit Pau. Caſt. conſ. 451. viſis, & examinatis atteſtationibus. col. 2. verſ. Reſtat reſpondere. lib. j. vel (vt aiunt) in Antiquis. & cũ eo concinit Corn. d. conſ. 307. ſub nu. 17. verſ. Non obſtat quintũ.
522 lib. 3. Et in ſpecie ſimillima caſui noſtro † Ruin. d. conſ. j. nu. 21. & 22. lib. 2. vbi cùm teſtator totam voluntatem ſuam declaraſſet, & illam totam pro declarata habuiſſet: & ſic perfeciſſet teſtamentum ea perfectione, quæ ad ipſum pertinebat teſtatorem: rogauit notarium vt de voluntate, ac diſpoſitione ſua conficeret inſtrumentum: & ita volebat notarium ipſum perficere teſtamentum ea perfectione, quæ ad ipſum ſpectabat notarium (Ecce enim quomodo caſus Ruini ad caſum noſtrum adaptatur, in quo omnia hæc ipſa ad vnguem verificantur: vt liquet ex dictis Secundæ teſtis ſupra nu. 106. cum ſeq. & ex dictis Tertij teſtis ſupra nu. 118. cum ſeq. & nu. 329. cum ſeq. & nu. 341. cũ ſeq.) Sed bonus Notarius malitioſè diſtulit ad ſequentem diem teſtamenti perfectionem ad ſe pertinentem. (Ecce rurſus quomodo caſus Ruini cum noſtro cõuenit, in quo notarius noſter diſtulit confectionem inſtrumenti quouſq; mitteretur Parmam ad accipiendum ſchedulam teſtamẽti à Genero.) Et ipſe notarius aliã die interrogauit teſtatorem, an vellet teſtamentum perficere: qui reſpondit, quod ſic. (Ecce adhuc quomodo caſus Ruini ſimilis eſt noſtro, in quo notarius noſter dixit teſtatori, quòd mittebatur Parmam ad accipiendum ſchedulam teſtamenti ab ipſo Genero, qui, vt ipſe dicit, capite annuit.) Accidit autem vt cùm notarius ſic rem protraheret, teſtator diem ſuum obierit. (Ecce deniq; quomodo caſus Ruini ita ſimilis
523 eſt noſtro, vt nõ magis, quod eſt in Prouerbio, † Ouum ouo: de quo meminit Tiraquel. in Tract. de Pœnis, &c. cauſa. 51. nu. 90. quia dum notarius noſter cauſas innectit morandi, D. Celſus vitam cum morte commutauit.) In hac igitur facti ſpecie conſultus Rui-
524 nus† Reſpõdit teſtamentum ſuſtineri debere ex teſtibus probantibus perfectionem teſtamenti ad ipſum teſtatorem pertinentem: quãmuis notarius non perfecerit teſtamentum ea perfectione, quę ad ipſum notarium ſpectabat: Nec obeſſe, quòd notarius interrogauerit teſtatorẽ, an vellet teſtamentum perficere, & quòd ipſe teſtator reſpondiderit, quod ſic: Quia credendum ſit teſtatorem intellexiſſe de perfectione, quæ ad notarium pertinebat: non autẽ de illa,

de illa, quæ ad ipſum teſtatorem ſpectabat: quoniam ille perfectè iam diſpoſuiſſet, ſed notarius rogatus ex parte ſua non adimpleuiſſet: vt ibi latius per ipſum Ruinum. Ex cuius pulcherrima de-
525 ciſione, † quæ pro noſtra facti ſpecie videtur emanata, luce meridiana clarius apparet nihil obeſſe, quòd notarius dixerit D. Celſo, qualiter mittebatur Parmam ad accipiendam ſchedulam teſtaměti à Genero, & quòd ipſe capite annuerit. Quia non infertur propterea, quòd teſtator non habuerit teſtamentum pro perfecto, & abſoluto ea perfectione, quæ ad ipſum teſtatorem pertinebat: quę quidem ſola ſufficit ad ſuſtinendum teſtamětum: vt defendit Ruinus. Sed fortaſſis dici poteſt (quid enim officeret ſi cõcederetur?) teſtatorem non habuiſſe teſtamentum pro perfecto, & abſoluto ea perfectione, quæ ad notarium pertinebat, quæ proculdubio nõ poteſt infringere teſtamentum iam per ſe perfectiſſimum, & abſolutiſſimum: vt concludit ipſe Ruinus.

Accedat altera reſponſio, quæ & ipſa veriſſima eſt, videlicet,
526 Non eſſe incõueniens, † quòd teſtator in actu ipſo teſtamenti cõficiendi non ſit quidem aliud dicturus antequàm teſtamentum compleatur: immò dicat omnia, quæ tunc velit: ſed tamen imperfectè videatur in ipſo teſtamento diſpoſuiſſe, quia reſeruet in aliud tempus declarationem ſuæ voluntatis, vt habeat ſpatium deliberandi, habens tamen pro tunc teſtamentum pro abſoluto, quia nihil aliud de præſenti diſponere intendat. Quæ quidem reſeruatio non vitiat actum teſtamenti, quod ſemel teſtator habuit pro abſoluto. l. ſi teſtamentum. vbi inter alios pulchrè Aret. C. de inſtit. & ſubſtit. l. cùm pater. §. fin. de leg. 2. l. 2. in princ. ff. de hære. inſtit. tradit Pau. Caſt. conſ. 138. aliàs. 160. In cauſa, quæ vertitur Pergami. lib. 2. ſeu (vt aiunt) in Nouis. Ruinus in conſilijs infrà nu. 528. 529. allegandis. Cur. Iun. conſ. 12. col. j. & col. pen. verſ. Tenendo præmiſſa. Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 28. nu. 144. Cephal. conſ. 99. prout hæc omnia iura, & omnes has Doctorum deciſiones ſupra nu. 268. vſq; ad nu. 285. latè deduximus. Sic ergo
527 in propoſito noſtro † non eſt inconueniens, quòd D. Celſus habuerit pro tunc teſtamentum pro perfecto, & abſoluto, quando expreſſit ſe velle, quòd ſchedula ſui teſtamenti manu ſua ſcripta, & ad Generum miſſa ſit ſuum teſtamentum, ſuaq; vltima voluntas, & hac de re notarium coram teſtibus rogauit: quia, ſcilicet, tunc de præſenti, & etiam in futurum aliquid aliud diſponere non intenderet. Et tamen auditis difficultatibus ſibi factis à notario, ex

quibus valdè turbatus eſt, vt ſecunda, & tertius teſtis aſſerunt, atq; dicente paulòpoſt notario ipſo, quemadmodum mittebatur Parmam ad accipiendum ſchedulam teſtamenti à Genero, annuerit capite, ſicq; ſibi reſeruauerit in tempus redditæ ſchedulæ, ſi tunc ſuperuiueret, explicitam ipſius nuncupationem, & publicationẽ, quæ quidem reſeruatio non debet vitiare actum teſtamenti, quod ſemel ipſe D. Celſus habuit pro perfecto, & abſoluto: cùm ſchedulam ipſam teſtamenti implicitè iam nuncupaſſet, ac publicaſſet: vt ſupra dixi nu. 500. & ſeq. Et in terminis, vt aiunt, terminanti-
528 bus, † Quòd ſemel perfecto, & abſoluto teſtamento à teſtatore modo, quo diximus ſupra nu. 515. reſeruatio publicationis ipſius teſtamenti facta ab ipſo teſtatore ad perſuaſionem, & ſuggeſtionẽ notarij non infringat actum teſtamenti, quod ſemel teſtator habuerit pro perfecto, & abſoluto, dixit Ruin. d. conſ. j. ſub nu. 22. verſ. Non obſtat dum tertio. & verſ. Nec habet obſtare lib. 2.
529 Et rurſus † atquè fortius, quòd ſemel perfecto, & abſoluto teſtamento ab ipſo teſtatore modo, quo ſupra dixi nu. 515. reſeruatio facta per teſtatorem, etiam ſua ſponte non vitiet actum ipſum teſtamenti, quod ſemel teſtator habuerit pro perfecto, & abſoluto latè tradit ipſe Ruin. conſ. 15. lib. 2. Et hoc maximè confirma-
530 tur ex eo, † Quòd voluntatis mutatio non præſumitur: ſed animus talis eſſe cenſetur in futurum, qualis fuit de præterito, vel de præſenti declaratus, etiam ex interuallo temporis, vt latè probat Alciat. in Tract. de præſump. Reg. 2. Præſump. 16. Alex. conſ. 113 nu. 14. lib. 6. & conſ. 43. nu. 6. lib. 7. Corn. conſ. 92. nu. 8. lib. j. Bertrand. conſ. 367. nu 9. vol. 4. & conſ. 170. nu. 8. vol. 5. Grat. Reſp. 67. nu. 23. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 94. nu. 42. 43. & conſ. 105. nu. 45. lib. 3. & conſ. 32. nu. 11. lib. 4. Sylua. conſ. 64. nu. 5. Roland. a Val. conſ. 77. nu. 32. 33. lib. j. Cephal. conſ. 272. nu. 38. 89. 90. cum ſeq. vſq; ad nu. 104.

Prætereo quòd Notarius ſit ſolus in hac aſſertione tam de verbis ab ipſo erga teſtatorem prolatis, quàm de nutu ab ipſo teſta-
531 tore capite facto. Vndè † Vox vnius vox nullius. c. licet vniuerſis. de teſtib. c. cùm dilecti. in fin. de accuſat. l. vbi numerus. ff. de teſtib. tradit Alex. conſ. 189. nu. 8. lib. 6. Dec. conſ. 133. col. 3. verſ. Secũda teſtis. Curt. Iun. conſ. 19. nu. 12. Bertrand. conſ. 77. nu. 5. vol. 4. & conſ. 87. nu. 4. vol. 5. Grat. Reſp. 43. nu. 27. & Reſp. 130. nu. 3. 4. lib. 2. Tiraquel. in Tract. de Iudic. in reb. exig. feren. poſt princ. verſ. Secunda ratio eſt, &c. vbi multa congerit. Neuiza. conſ. 8. nu.

47. Cephal.conſ.206.nu.18. Bellamer.Deciſ.752.nu.5. latè Iac. Philip.Port.Concl.Reg.& com.opi.lib.j.concl.& reg.5.

Omitto etiam, quòd coniectura per Notarium elicita ex inclinatione capitis teſtatoris ſit aërea, & diuinatiua. Quis enim po-
532 tuit ex illo actu aſſequi teſtatoris voluntatē? † Certè ſolus Devs Opt.Max. vt inquit Bal. in.l.j.col.8. verſ. Modò ſequitur alia. ſub nu.19.C.de confeſ. Fernand. Vaſqui. in Tract.de ſucceſ. creat.§.15.nu.67.& Controuer. Illuſt. aliarumq; vſu frequen. cap.58. nu.6. Hinc Bal. ipſe in.l.precibus.col.6.verſ.Dixi ergo.ſub nu.23.
533 C.de impub.& alijs ſubſtit.dicebat † Homines ſæpè errare in cōiecturanda mente teſtatoris, cùm eius animum videre nō poſſint. Quod reaſſumit Neuiza.conſ.31.ſub nu.1. Alba conſ.13.nu.1.& ex multis comprobat, & exornat Tiraquel.in l. ſi vnquàm.in ver. Libertis.nu.23.vt interim.C.de reuoc. donat. Hierony.Zanch. in §.cum ita.l.hæredis mei.nu.143.144.ff.ad trebel. Cùm præſertim D.Celſus tunc temporis loqui optimè poſſet, & tamen nullū reſponſum notario dederit: vt ipſe notarius inquit in calce ſui te-
534 ſtificatus. Ex quo dicendum eſt † nutum capitis nihil operari.iux. tradita per Angel.conſ.257.Teſtator fecit teſtamentum. vbi dicit
535 nec militem,nec patrem inter liberos nutu † teſtari poſſe,quando loquendi potentia illis conceditur. Sed ſi loqui non poſſunt ex accidenti, eorum valere teſtamentum nutu factum, concurrente ſcriptura per nutum ſignificata, & demonſtrata. Quod etiam voluit Alex.in.l.diſcretis.ſub nu.7.verſ.vndè pro concordia.C.qui teſta. fac.poſ.quàmuis non faciat mentionem de Angelo. Quibus ſubſcribere videtur Tiraquel in Tract.de priuileg.Piæ cauſæ.8. priuil. verſ.Nec etiam expeditum eſt. cùm ſimpliciter eorum relatæ ſen-
536 tentiæ acquieſcat. Veruntamen † Angeli, & Alexandri opinionē reprobat Natt. in d.§. ex imperfecto.q.38.ſub nu.197.& inquit
537 indiſtinctè tenendam eſſe † communem opinionem: quòd, ſcilicet, non valeat teſtamentum militis, vel patris inter liberos nutu
* factum. prout hanc eſſe * communem opinionem, præter Nattam.d q.38.atteſtatur Tiraquel.d.priuil.8. & Fernand.Vaſqui.in
538 Tract.de ſucceſ.creat.§.22.nu.15. Quæ tamen † communis opinio noſtræ non officit intentioni. Quandoquidem non agimus nos vt ex nutu capitis, quem notarius dicit factum eſſe à D.Celſo, inducatur teſtamentum ipſius D.Celſi, quo caſu locum ſibi vendi-
539 cat communis opinio: ſed dicimus † ex illo nutu capitis prætenſo deprehendi non poſſe, quòd ipſe D. Celſus non habuerit teſtamentum

mentum ſuum pro perfecto, & abſoluto ea perfectione, quæ ad
ipſum teſtatorem pertinebat, & quæ ſufficit ad ſuſtinendum teſta-
mentum, & ad ipſius teſtamenti eſſentiam, ac ſubſtantiam: vt iam
540 probauimus nu. 512. vſq; ad nu. 531. Quia, ſcilicet, † eo tempo-
ris momento D. Celſus optimè loqui poſſet, & tamen nullum
reddiderit reſponſum notario: quo caſu dicimus nutum capitis
nihil operari. arg. d. Deciſionis Angeli, & Alexandri. Quod con-
541 firmatur, quia Quod † teſtator non loquitur, velle non præſumi-
tur: vt dicit Bal. per illum tex. in l. j. §. ſin autem ad deficientis. C.
542 de cad. tol. voces † enim ſunt notæ earum, quæ in anima ſunt paſ-
543 ſionum, ideſt, deſideriorum, vel contrariorum. Vndè lingua † eſt
nuncius, & organũ intellectus, & tuba, & præco: vt hæc, & alia tra
dit not. ad hoc propoſitum ipſe Bal. in Tract. ſeu Quæſt. Schiſma-
tis, poſita ante Rub. C. ſi quis aliquem teſtari prohib. nu. 27. &
Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 38. nu. 196. vbi in ſpecie de ipſo nu-
tu. Pluraq; congerit Tiraquel. in d. l. ſi vnquàm. in ver. Libertis
nu. 17. & hæc quidem. & nu. 18. C. de reuoc. donat. Hierony. Zan-
ch. in. §. cum ita. l. hæredes mei. nu. 143. 144. ff. ad trebel. Fernand.
Vaſqui. Controuer. Illuſt. aliarumq; vſu frequen. cap. 58. nu. 7. Et
544 ita contra † Notarium, qui vnicus, & ſingularis deponebat, vel
potius diuinabat de ſibi occultis, & ſoli Deo Opt. Max. & cor-
diũ ſcrutatori cognitis, nempè, de mente teſtatoris, concludit Ber-
trand. conſ. 187. in fin. vol. 4. Sed hæc dicta ex abundanti miſſa
facimus, & ad ſequentia contraria confutanda nos transferamus.

Non obſtat ergo, quòd Decimotertio loco dicebam teſtamẽ
tum D. Celſi ex eo non valere, quia nihil in eo fuerit relictum D.
* Deodatæ Nepti iure inſtitutionis. quia Reſpondeo, Quòd etſi *
545 communis † cenſeatur opinio teſtamentum etiam imperfectum
inter filios ratione ſolennitatis, non ſuſtineri, ſi pater alio titulo,
quàm inſtitutionis alicui ex liberis reliquerit: vt atteſtatur Natta
in d. §. ex imperfecto. q. 23. ſub nu. 112. cum ſeq. Iul. Clar. in. §. te-
ſtamentum. q. 8. verſ. ſed pone. Nihilominus contraria opinio vi-
546 detur † verior: vt latè defendit Iaſ. in Auth. Nouiſſima. nu. 16. vſq;
ad nu. 23. C. de inoffic. teſtamen. vbi dicit, quòd ſi caſus continge-
ret, ita conſuleret, & iudicaret: quia concluſio illa eſt vera ſicut
Euangelium, licet communis opinio Doctorum ſit in aduerſum,
contra quam bonus Iudex acuti ingenij iudicare debet, quando
illa poteſt rationabiliter conuinci, ſicuti poteſt hæc ipſa, de qua
agitur: vt ibi dicit ipſe Iaſon: cuius opinionem in omnibus ſequi-
tur

tur Bertrand.conſ.187.vol.4. Sed quicquid ſit de veritate huius cõ
547 cluſionis (Natta † enim in d.§.ex imperfecto.q.23.nu.114. cum ſeq.impugnare conatur Iaſonis opinionẽ: & illa etiam non placet Guliel.Benedic.in c.Raynutius.in ver.In eodem teſtamento relinquens.I.nu.136.de teſtam. neq; Didac.Couar.in d.c.Raynutius. .§.1.nu.2.3.) dico nos extra Scyllã hanc,& Charybdim nauigare.
548 Primò, quia D. Celſus voluit † teſtamentum ſuum eius manu ſcriptum in ſchedula, ab eo ad Generum tranſmiſſa, illis clauſulis, & verbis clarioribus, & aptioribus roborari, & muniri per ipſum Generum, quæ neceſſaria ſint, & opportuna ad ipſius teſtamenti claritatem, & validitatem: vt patet ex literis ipſius teſtatoris, vnà cum ipſa teſtamenti ſchedula ad Generum tranſmiſſis ſub die ſecundo Ianuarij.1567.in quibus dicitur, *Mando poi à V. S. vna copia dell'vltima volontà mia qui anneſſa, accioche veduta da lei, l'accommoda di tutti li punti, con quelle migliori parole & chiare ſi poſſino, &c.* Quæ quidem verba nihil aliud præ ſe ferunt, quàm quòd ipſe Gener tanquã Iuriſconſultus, & (vt aiunt) Sapiens, extendat
549 ipſum teſtamentum. Quando † autem teſtator voluit, quòd teſtamentum extendatur ad conſilium ſapientis, tunc poterit, & debebit ſapiens, ſi videat relictum fuiſſe filiæ ſimpliciter, addere, *Iure inſtitutionis*: quia veriſimile eſt teſtatorem ita voluiſſe vt teſtamẽtum valeat. Ita inquit Ioan. Andre.in Addit. Spec.in Titu. de inſtrumen.editit.§.inſtrumentum.verſ.Quid ſi a contrahentibus.in ver.Inſtitutio.ſub nu.13.quod ante eum dixit Iac.de Aret.in.l.illa inſtitutio.ff.de hæred.inſti.quàmuis Bar.ibi contrarium teneat. Sed cum Iac.de Aret. tenet ibidem Bal. Angel. & Imol & Card.
* Zabar. conſ.60.ſub nu.2. Pauciſq; agendo, hæc eſt * communis Doctorum opinio, quæ de conſuetudine etiam ſeruatur: vt poſt Ioan.Andre.in memorato loco, atteſtatur Soc.Iun.conſ.124.nu. 49.& conſ.143.nu.14.15.lib.j. & Chaſſe.in Conſuet. Burgund. iu Tit.*Des ſucceſſions*. Rub.7.§.3.in ver.*Par droict*. verſ. Item po
550 ne.ſub nu.5. Quare dico † Generum iure optimo potuiſſe, & debuiſſe addere, iuxta teſtatoris voluntatem, clauſ. *Iure inſtitutionis*.
551 Et inſuper omnem aliam † Clauſ. quæ ad teſtamentum ſuſtinendum, & clarificandum pertineat: ex his, quæ latè tradit Soc.Iun. d.conſ.124.lib.j. Cephal.conſ.28. Nec probabile dubium oriri
552 poteſt † quin literæ prædictæ ad Generum conſcriptæ ab ipſo teſtatore operentur: quia, ſcilicet, vel teſtator diem ſuum obierit ante earum præſentationem: vel non fuerint præſentatæ de com-

miſsione

miſſione ipſius teſtatoris: ex his, quæ tradit Iaſ. in Rep. l. admonẽdi. ſub nu. 138. ver. ſecundo limita. & ibi Rip. ſub nu. 135. 136. ff. de iureiur. Hip. de Marſ. Sing. 373. vt noſti à Doctorib. Iuriſconſultiſs. D. Petr. Ioan. Anchar. Regien. Famil. quæſt. lib. I. q. 48. Doctiſs. ac diſertiſs. I. C. D. Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. cẽtur. I. in caſu. 94. nu. 18. 19. Nam & quòd † teſtator non deceſſe-
553 rit ante ipſarum literarum præſentationem: & quòd illæ ipſæ literæ fuerint Genero præſentatæ, & quidem de commiſſione teſtatoris, ſatis, ſuperq; patet ex alijs literis ipſius teſtatoris ad ipſum Generum miſſis ſub die Septimo Ianuarij. 1567. quibus voluntatem ſuam ſcriptam in ſchedula teſtamenti ad Generum tranſmiſſa cum dictis prioribus literis ſcriptis ſub die ſecundo eiuſdem Menſis, & Anni, quæ Genero ſubobſcura videbatur, vt ipſe Gener dictis prioribus literis reſpondens ad Socerum ſcripſerat, magis, magiſq; declarat, & apertam reddit: & in illis rurſus Gener ipſe rogatur, vt illis clauſulis, & verbis clarioribus, & melioribus ſchedulam ipſam teſtamenti roboret, ac muniat, quibus expedire ſibi videatur. Quo fit vt per ſecundas literas non ſolùm ſuperexiſtentia teſtatoris tempore præſentationis primarum literarum iuſtificetur: ſed etiam ratificatio præſentationis ipſarum literarum præcedentium de commiſſione teſtatoris manifeſtè deprehendatur.
554 Quæ ratificatio † æquiparatur mandato, etiam in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum: vt plurima cumulando tradit Tiraquel. in Tract. Retract. Tit. j. §. j. gloſ. 10. nu. 64. 65. & in terminis literarum dixit Cephal. conſ. 272. nu. 104. Quòd verò teſtator ipſe
555 non † mutauerit voluntatem, quam ſemel, & iterum habuit, conſcripſit, apertamq; fecit, nempè, quòd Gener extendat teſtamentum ad illum trãſmiſſum, & illius fidei commiſſum, tanquàm Iuriſconſultus, & (vt aiunt) Sapiens, iuxta commiſſionem illi datam per memoratas primas, ac ſecundas literas, ſatis, ſuperq; proba-
556 tur ex eo, † quòd voluntatis mutatio non præſumitur: ſed animus talis eſſe cenſetur in futurum, qualis fuit de præterito, vel de præſenti declaratus, etiam ex interuallo temporis: vt omiſſis alijs, quos ad hoc ſemel citauimus ſupra nu. 530. in terminis de voluntate per literas declarata tradit Cephal. d. conſ. 272. nu. 88. 89. 90. cum ſeq. vſq; ad nu. 104.

Secundò, poſiti ſumus extra ancipitem illam Doctorum dimicationem, quia prædicta communis opinio ita eſt intelligenda,
557 † vt diſpoſitio patris inter liberos, quorum alicui nõ fuerit relictũ titulo

titulo inſtitutionis, ſi non valeat tanquàm teſtamentum: attamen ſeruari debeat inter ſolos liberos, remotis extraneis, tanquàm voluntas inteſtati, compellente Iudice liberos ad illam ſeruandam, qui aditus fuerit in iudicio familiæ herciſcundæ. Ita not. declarat Ant. de Butr. in c. Raynutius. col. 7. verſ. Sed ſi teſtator. de teſtamẽ. ſequitur Alex. conſ. 178. ſub nu. 6. verſ. & licet aliqui. lib. 5. Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 23. ſub nu. 120. Cagnol. in Auth. Ex cauſa. ſub nu. 5. verſ. fœdere tamen diſtinctionis. C. de libe. præt. Hipp.
558 de Marſ. Sing. 547. clariſſimum eſt in iure, &c. Maximè † ſi legitima talis filij non fuerit diminuta: Sed vſq; ad legitimam quoquomodo illi fuerit relictum. Quanquàm † idem ſit etiam, ſi diminuta fuerit ipſa legitima, facta tamen legitima ſuppletione: vt declarat Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. progreſ. §. 30. ſub nu. 46. verſ. Tertio caſu.

560 Tertiò, relictum fuit D. Deodatæ titulo dotis. † quo caſu non
561 eſt neceſſe addere, *Iure inſtitutionis*: quia verb. † Relinquo, adiectum Doti, tanquàm titulo vniuerſali importat inſtitutionem: ſecundum * veram, & communem Doctorum ſententiam, à qua nõ eſt recedendum: vt aſſeuerant Alex. in Rub. ff. ſolut. matr. ſub nu. 30. Ruin. conſ. 14. nu. 6. 7. lib. 2. Riminal. conſ. 111. per totum. & conſ. 259. nu. 23. 24. Cagnol. in d. Auth. Ex cauſa. ſub nu. 64. C. de liber. præt. Chaſſenæ. in conſuet. Burgund. in Tit. *Des ſucceſſions*. Rub. 7. §. 3. in ver. *Par droict*. verſ. Sed pone. ſub nu. 4. vbi plurimos hanc partem tenentes allegat. Præſertim † ad hoc vt teſtamẽtum ſuſtineatur: vt de ipſo verb. Relinquo, pulcherrimè, & quidem in terminis tradit Fulg. conſ. 90. In quæſtione Ioannis. col. 1. &. 2. Maximè † etiam, quia verb. Relinquo, adijcitur perſonæ ex neceſſitate inſtituendæ, videlicet, D. Deodatæ Nepti, quo caſu importat inſtitutionem: vt inquit. Fabia. de Gioc. in Auth. Nouiſſima. nu. 200. C. de inoffic. teſtamen.

564 Quartò, de æquitate canonica † teſtamentum, in quo non fuerit alicui ex filijs, vel nepotibus relictum iure inſtitutionis, ſuſtineri debet: vt cenſuit Bal. in l. fin. ſub nu. 10. C. famil. herciſ. Fabia. de Gioc. in d. Auth. Nouiſſima. ſub nu. 200. vbi plura alia deducit pro validitate teſtamenti. & eſt * communis opinio, vt atteſtatur
565 Ruin. conſ. 11. nu. 2. lib. 2. Prouiſo tamen, † quòd duo concurrant: nempè, quòd filio, aut filiæ, vel perſonæ inſtituendæ, relinquatur per ipſum verb. Relinquo. Item quòd verb. Relinquo, adijciatur vniuerſo, puta, Doti: vt hæc duo in caſu noſtro concurrunt,

Ita Baldum declarat Guliel. Benedict. in.c. Raynutius. in verb. In eodem teſtamento relinquens.I. nu. 274. 275. de teſtamen. pro qua * communi ſententia ſemper conſuluerunt Doct. Toloſani : & ſæpè iudicauit ſuprema Parlamenti Toloſæ curia : vt ipſe teſtatur
566 ibi Guliel. Benedict. Vndè in omnem euentum † ſequenda eſt hęc opinio tanquàm æquior, eſto quòd opinio contraria valdè rigoroſa eſſet communis, iux. normam hac in re traditam à Pariſ. conſ. 6. in fin. lib. 3. Apoſtil. ad Riminal. d. conſ. 111. ſub nu. 10. lit. e. Neuiza. in Sylua nupt. lib. 5. nu. 64. Lancil. Conrad. de offic. Præt. Rub. de ſententijs. ſub nu. 25. limit. 9. Clariſs. celebert. ætatiſq; noſtrę Primario I. C. D. Tiberio Deciano Præceptore meo colendiſs. conſ. 42. nu. 3. inter conſilia Iac. Philip. Port.
567 Quintò, teſtamentum † patris inter liberos, quale eſt hoc D. Celſi, de quo agitur, ſemper cenſetur habere clauſ. *Si non valet quod ago, vt ago, valeat omni meliori modo, quo valere poteſt*. & in
568 eo ſemper ineſt † clauſ. Codicillaris, etiam ſi non apponatur, propter ardorem liciti amoris inter patrem, & filios exiſtentis, qui clauſ. hanc tacitè inducit : vt inquit Bal. in. l. ſi iure. C. de teſtamen. manumiſ. Alex. cōſ. 105. nu. 6. lib. 7. Grat. Reſp. 112. nu. 28. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 144. nu. 36. lib. 2. Guliel. Benedict. in. c. Raynutius. in ver. Teſtamentum. I. nu. 82. de teſtam. Ioan. Ant. Trigona ſing. 104. Tiraquel. multos congerens in Tract. de pœnis, &c. cauſa 22. nu. 26. 27. Boër. d. deciſ. 240. ſub nu. 6. verſ. & ſi non valeat. vbi di-
* cit hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam. Quod etiam atteſtatur Iul. Clar. in. §. teſtamentum. q. 8. verſ. vnum tamen. & Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 65. & in Tract. de ſucceſ. progreſ. §. 30. nu. 43. & nu. 45. & Gabr. Saray. in Annot. ad Mattheſ. ſing. 41. Nota mirabilem. nu. 2. vbi cumulat quamplures communis huius opinionis conteſtes. Quo fit vt propter me-
569 moratas † clauſ. teſtamentum ſuſtineatur, licet pater relinquendo filiæ, vel nepti, aut alicui ex liberis, non dixerit, *Iure inſtitutionis*: vt tradit Bal. in. l. quoties. ſub nu. 3. C. de hæred. inſtit. Fulg. d. conſ. 90. col. j. verſ. Tertiò comprobatur. Dec. conſ. 77. ſub nu. 4. verſ. Facit quod not. Bal. Hipp. de Marſ. ſing. 36. clauſ. omni meliori modo, &c. Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 21. ante nu. 110. verſ. Tertiò limita. Opt. I. C. D. Franc. Maria Plotus in Addit. ad Mart. Carrat.
* conſ. 35. & eſt * communis opinio ; vt atteſtatur Chaſſenæ. in Cō ſuet. Burgund. in Tit. *Des ſucceſſions*. Rub. 7. §. 3. in ver. *Sa vraye legitime*. verſ. Sextò limita. & Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ.

progreſ.

progreſ.§.30.nu.37.

570 Vel ſaltem † clauſ. Codicillaris operatur, vt D. Deodata hæres ſcripta in primo teſtamento cenſeatur tacitè rogata reſtituere hæreditatem D. Marthæ hæredi inſtitutæ in hac poſtrema D. Celſi
571 voluntate. Quod enim non operatur† quo ad hæredis inſtitutionem diſpoſitio Anth.Ex cauſa.C.de liber.pręt.hoc operatur clauſ.
572 † codicillaris, per quam quilibet hæres æb inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedens cenſetur grauatus reſtituere hereditatem ſcripto hæredi in tali teſtamento nullo ob alicuius filij, vel nepotis præteritionem: vt tradit Bar. in.l.j.q.j. ſub nu.3.& q.5. ſub nu.9.ff. de iure codicil. Alex in d.Auth. Ex cauſa. ſub nu.13. vbi dicit hanc
* eſſe * communem opinionem. & col.fin. verſ.Vltimo quæro. Capra conſ.30.nu.34. vbi pariter dicit hanc * communem.Dec. conſ.242.vbi latè probat hanc eſſe * communem Doctorum ſententiã. Et in.l.poſtumo.ſub nu.10.verſ.& prædicta concluſio. vbi multos citat, & hanc partem * communi calculo comprobatam eſſe teſtatur. Quod etiam poſt multas auctoritates deductas aſſeuerat Zuchard.in d.l.poſthumo.nu.102.C.de bon.poſ. cont.tab. atq; Soc.Iun.cõſ.107.nu.24.vbi ſępius hãc partẽ dicit *cõmunẽ. & nu.ſeq.lib.I.& cõſ.3.nu.27.lib.4. necnon & Iuris Cõſultiſs.D. Petr.Ioan.Anchar.Regiẽ.Famil.quæſt.lib.I.q.11.nu.5.& nu.10. & latiſſimè probat altiſſimo, doctiſſimoq; ſtylo concluſionẽ hanc diſcutiens Guliel.Benedict.in c.Raynutius.in ver.In eodem teſtamento relinquens.I. nu.229.cum ſeq. & nu.237.cum ſeq. & nu. 241.242.vſq; ad nu.248. de teſtamen.quibus in locis hanc eſſe * veram, & à Doctoribus frequentiſſimo calculo receptam ſententiam demonſtrat, & ſæpius atteſtatur.

573 Nec officit,† quòd memoratæ clauſ. iſtud non operentur quãdo ſunt ſubauditæ: ſed tantùm quando ſunt expreſſæ: vt dixit
574 Natt.in d.§.ex imperfecto.q.23, ſub nu.119. Quia Nattæ† opinio procedit in perſonis, quæ non ſint de liberis: in quibus clauſ. Codicillaris ob ardorem liciti amoris inducitur quidem quo ad legata, & fideicommiſſa, vt illa ex teſtamento minus ſolenni debeãtur talibus perſonis valdè dilectis. Sed non quo ad inſtitutionem hæredis, vt eam valere faciat iure fideicommiſſi ita ſubintellecta, quemadmodum valere faceret, ſi in teſtamento minus ſolenni ex-
575 preſsè poſita fuiſſet. Veruntamen † in liberis teſtatoris ipſa Nattæ opinio locum ſibi minimè vendicat, in quibus clauſ.Codicillaris ob ardorem liciti amoris, quo maior inueniri non poteſt,indu-

citur non ſolùm, quo ad legata, & fideicommiſſa, vt illa ex teſtamento minus ſolenni debeantur ipſis liberis dilectiſſimis: ſed etiã quo ad ipſam hæredis inſtitutionem, vt eam valere faciat iure fideicommiſſi ita ſubaudita, quemadmodum valere faceret, ſi in ipſo teſtamento minus ſolenni expreſſa, & extenſa fuiſſet. Ita in
576 terminis ſpecificis † diſtinguit, ac declarat Mattheſ. d. ſing. 41. Nota mirabilem doctrinam. Et clarius adhærens Matthesilano firmauit ſic diſtinguendo, ac declarãdo Guliel. Benedict. in c. Raynutius in ver. Teſtamentum. 3. ſub nu. 53. verſ. Sanè tamen intelligatis. de teſtam. Quod etiam non obſcurè dixit Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. progreſ. §. 30. ſub nu. 46. verſ. Tertio caſu. ibi. *Nam cùm tale teſtamentum clauſulam codicillarem ſubintellectam, &c.* Quàm uis non meminerit de Matthesilano, & Benedicto. & in Tract. de ſucceſ. creat. §. 11. ſub nu. 11. verſ. Quod procedit ſecundum Alex.
577 vbi loquitur † de clauſ. *Si non valet quod ago, vt ago, valeat vt melius valere poteſt.* & allegat Alex. cõſ. 176. ſub nu. 3. lib. 5. vbi apertiſſimè ſentit illam ipſam clauſ. non ſecus operari ſubauditã, quàm expreſſam. Quod etiam voluit Dec. d. cõſ. 242. nu. 6. & ipſe Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 21. ante nu. 110. verſ. Tertiò limita. vbi lo-
578 quitur in terminis. Aut igitur † opinio Nattæ in d. §. ex imperfecto. q. 23. ſub nu. 119. intelligenda eſt ſecundum recitatam diſtin-
579 ctionem. Aut † generaliter, & indiſtinctè intellecta proculdubio
580 eſt propulſanda: Tum quia † magis, quàm M. Ant. Nattæ I.C. licet egregio, tribuendum eſt Matthesilano, Benedicto, Vaſquio, Alexandro, & Decio: qui ſimul numero, & partim auctoritate præſtant: iux. tradita per ipſum Matheſ. in Tract. de electione opinionum. ſub nu. 10. & 11. & Lancil. Conrad. de offic. Prat. Rub. de ſententijs. nu. 25. & ſub nu. 28. verſ. Inquit tamen Alex. Tum quia
581 † inter varias Doctorum ſententias, illa eſt amplectenda, quæ rem diſtinctionis fœdere diffinit, tanquàm veritati magis propinqua, ſicuti eſt opinio Matthesilani, Benedicti, & aliorum, quos iam citauimus: vt ex plurimis Doctorum auctoritatibus in ſimili pro-
582 poſito ſupra ſemel probauimus nu. 311. Adhæc quia † ſecundum opinionẽ Matthesilani, Benedicti, & aliorum, quos commemorauimus (inter quos ſibi contrarius incedit ipſe Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 21. ante nu. 110. verſ. Tertio limita.) teſtamentum ſuſtinetur: quod efficit, vt hæc ipſa opinio ſit omnibus præponenda: ex his, quæ tradit ipſe Mattheſ. in d. Tract. de elect. opi. nu. 5. & nu. 7. Fulg. d. cõſ. 90. col. 2. verſ. Poſtremo. Grat. Reſp. 6. nu. 26. lib. 2.

Barbat.

583 Barbat.conſ.6.nu.3.4.5.lib.j.vbi dixit † opinionem vnius Doctoris fauentem teſtamento præferendam eſſe communi opinioni. Stepha.de Federi. in Tract.de Interpret. iuris.in vlt. par. nu. 11. Soc.Iun.in.l. centurio. nu.301.ff. de vulg. & pupil. Cephal.conſ. 93.nu.5. vbi multos citat. conferunt optimè, quæ nos infrà latè deduximus nu. 1052.vſq; ad nu. 1078. Præterea, vt prorſus tollatur omnis hæſitatio (ſi tamen in re tam manifeſta quiſquam vel

584 mediocriter in iure ciuili verſatus hæſitare poteſt) dico † clauſ.prędictas non ſolùm ſubauditas, ſed etiam expreſſas eſſe in teſtamento D.Celſi, nempè à Genero, cui auctoritas data fuit a b ipſo teſtatore roborandi, ac muniendi teſtamentum omnibus illis verbis, & clauſulis, quæ ad ipſius teſtamenti validitatem, firmitatem, & claritatem pertineant: vt ſupra deduxi nu.548.cum ſeq. Quod fieri potuiſſe facilè conſtat ex traditis per Soc. Iun.d.conſ.124.lib.j. Cephal.d conſ.28.& alios, de quibus ſupra nu.549.

Ex quibus omnibus ſeparatim, & multòmagis coniunctim funditus ſublatum, ac deletum eſſe cenſeo decimumtertium contrarium, quod pars aduerſa indiſſolubile futurum eſſe parum ſcitè cre

585 didit. iux.illud † Singula, quæ non proſunt, multa collecta iuuant. deſumptum à gloſ.ex.l.inſtrumenta.C.de probat. Qua ſententia

586 † tanquàm efficaci ad ſuperandam illorum pertinatiam, qui ſingulis fundamentis, & reſponſionibus quàmuis concludentiſſimis nō acquieſcunt, Socinum Iuniorem peculiariter vſum fuiſſe obſeruauimus. nempè conſ.70.nu.17.& conſ.112.nu.27.lib.j. cōſ.7.nu. 26.& conſ.8.nu.36.lib.2.conſ.79.nu.88.& conſ.130.nu.36.lib. 3.conſ.38.nu.26.& conſ.46.nu.34.lib.4. Quod etiam, plurimis congeſtis rerum argumentis exornauit Barbat.conſ.6.nu.28.vſq; ad nu.33.& conſ.7.nu.1.vſq; ad nu.19.lib.2.

NON obſtat inſuper, quòd Decimoquarto loco dicebam poſterius teſtamentum D. Celſi imperfectum non rumpere ſuperius teſtamentum eius perfectum, cùm ea, de quibus in ipſo cōtrario, non concurrant. quia Reſpondeo ſatis, ſuperq; ſupra nu.95.vſq;

587 ad nu.188.probatum † fuiſſe per * communes Doctorum ſenten-

* tias teſtamentum D.Celſi poſterius tam reſpectu validitatis, quàm reſpectu probationis ſubſiſtere, vigere, & obtinere in vim teſtamenti nuncupatiui nuncupatione implicita inter liberos de iure

588 ſpeciali. Quo præſuppoſito pro firmo, & conſtanti, Supereſt † vt probemus illud etiam habere effectum derogatorium, & reuocatorium ſuperioris teſtamenti quàmuis ſolennis, & perfecti de iure communi.

communi. Quo probato, ſublatum erit obiectum.

589 Dico igitur firmiſſimam, † receptiſſimamq; Doctorum concluſionem eſſe, Quòd teſtamentum initio ritè, ac rectè factum infirmatur, & abrogatur per alterius teſtamenti factionem. §. poſteriore. Inſti. Quib. mod. teſt. infir. l. ſancimus. C. de teſtamen. Quod ita
590 intelligendum eſt † ſi poſterius teſtamentum ſit firmum: quia, ſcilicet, hereditas ex eo adiri poſſit: licet poſtea quauis ratione adita nõ fuerit: vt d. §. poſteriore. & d. l. ſancimus. vbi ſcribentes omnes. tradit Ruin. conſ. 16. nu. 12. lib. 2. Guliel. Benedict. in c. Raynutius in ver. Teſtamentum. 2. nu. 4. 5. 6. 7. de teſtamen. Fernand. Vaſqui.
* in Tract. de ſucceſ. reſolut. §. j. nu. 5. Et hanc eſſe * communem Doctorum opinionem atteſtatur Didac. Couar. in Rub. de teſtam. par. 2. ſub nu. 21. verſ. Septima concluſio. & verſ. ſeq. Et hoc adeò
591 verum eſt † vt locum ſibi vendicet, etiam quòd in primo teſtamẽto ſint viginti teſtes: in ſecundo autem ſit ſolùm numerus teſtium à iure requiſitus: vt inquit Bar. quem ſequuntur omnes Doct. in l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt. ſub nu. 3. ff. de teſtamen. Iaſ. in l. ſi ita ſit ſcriptum. nu. 28. de leg. j. Corn. conſ. 21. nu. 10. lib. 4. Didac. Couar. in d. Rub. de teſtam. par. 2. nu. 1. Fernand. Vaſq. in d. Tract.
592 de ſucceſ. reſolut. §. 1. ſub nu. 6. Quod adhuc † locum ſibi vendicat etiam quòd ſecundum teſtamentum validum ſit tantummodo de iure ſpeciali: vt tradit Alex. conſ. 146. nu. 12. 13. & conſ. 177. ſub nu. 1. verſ. etiam ſi poſterius. lib. 2. Barbat. conſ. 44. ſub nu. 1. verſ. Hoc præſuppoſito. lib. 3. Dec. conſ. 264. ante nu. 2. verſ. & hoc procedit. & conſ. 489. nu. 3. Quod clariſſimis exemplis, & illis quidem ad cauſam noſtram apprimè facientibus, demonſtratur.

593 Nam teſtamentum primum † ad pias cauſas factum coram ſeptem teſtibus, tollitur per ſequens ad pias cauſas factum coram duobus. Licet enim primum ſit validum de iure communi, & habeat fauorabilem inſtitutionem: Tamen ſecundum etiam eſt validum de iure ſpeciali, quod tantam vim habet ad tollendum primũ quãtum validum de iure communi: & pariter habet fauorabilem inſtitutionem: cui poſtea accedit vnum aliud potentius, quod in primo deficit: nempè, quòd eſt poſterius, quod in vltimis voluntatibus plurimum inſpicitur. Ita pulcherrimè reſpondit Paul. Caſt. conſ. 324. Dubium facit in ſupraſcripto puncto. lib. j. ſeu (vt vocant) in Antiquis. cui ſubſcribit Alex. d. conſ. 146. ſub nu. 13. lib. 2. & conſ. 131. nu. 3. lib. 7. & in l. hac cõſultiſſima. §. ſiquis autẽ. nu. 10. C. de teſtamen. Barbat. d. conſ. 44. ſub nu. 4. lib. 3. Grat. Reſp. 90.

Reſp.90.nu.2.lib.2. Pariſ. conſ.34.ante nu.59.lib.2. Iaſ.in d.l.ſi ita ſit ſcriptum.nu.29.de leg.j. Dec.in l.nihil tam naturale. ſub nu. 5.ff.de reg.iur. Guliel.Benedict.in d.c.Raynutius.in ver.Teſtamẽtum.I.ſub nu.75. Didac.Couar.in d.Rub.de teſtamen. par.2.ſub nu.1. Fernand.Vaſqui.in Tract.de ſucceſ.reſolut.§.1.nu.9.

Si ergo primum teſtamentum factum ad pias cauſas coram ſeptem teſtibus, tollitur per ſequens ad pias cauſas factum coram
594 duobus: vt iam probauimus: Multòmagis † primum teſtamentũ inter liberos factum coram ſeptem teſtibus, tollitur per ſequens
595 inter liberos conditum coram duobus:cùm fauorabilior † ſit cauſas filiorum, quàm Eccleſiarum: vt in terminis hoc modo arguit Barbat.d.conſ.44.nu.1.lib.3. & conſ.58. nu.16. lib.4. Benedict. Capra Concl.Reg.&c.vol.j. concl.& reg.102. nu.14.15.16. Tiraquel.in Tract.de priuil.piæ cauſæ.7.priuileg.verſ. contrariũ tamen.Iul.Clar.in.§.teſtamentũ.q.7.verſ.Aliquando enim.Neuizan.cõſ.31.nu.12.& latè Soc.Iun.cõſ.189.nu.76.vſq; ad nu.84.lib.2.
596 Et in ſpecie, quòd diſpoſitio †.§.ex imperfecto.locum ſibi vendicet, etiam ſi aliud ſolenne teſtamentum præceſſerit, poſt Bal. Angel. & Pau.Caſt. firmat Alex.in d.§.ex imperfecto.nu.11.Iaſ. conſ.223.lib.2. vbi loquitur in terminis. Guliel. Benedict.in c. Raynutius.in ver.Teſtamentum.I.nu.75.de teſtamen.
597 Quodq; concluſio hæc procedat † ſiuè in primo teſtamento ſit inſtituta Pia cauſa, ſiuè liberi ſint honorati, tradit quidem Anani. conſ.57. Roman.conſ.385. Alex.d.conſ.146.lib.2.pulchrè Grat. d.Reſp.90.lib.2.latè Fernãd.Vaſqui.in Tract.de ſucceſ.reſolut.§
598 1.vbi multos refert. Sed præ ceteris omnibus notabilibus, † & illuſtrius firmat Soc.Iun,conſ.144.lib.2. in eodem caſu conſulens, in quo & Gratus proximè ſupra citatus: vbi poſt multas rationes efficaciſſimas aſſignatas, & illuſtrium Doctorum præclariſſimas deciſiones recitatas: nempè, Ancharani, Barbatiæ, Alexandri, Cornei, Iaſonis, Decij, & aliorum, qui apud eum videri poſſunt: (quamquàm non meminerit de memorabili illa Pauli Caſtrenſis deciſione, quam ſupra deduximus nu.593.) concludit teſtamentum primum inter liberos conditum coram ſeptem teſtibus, tolli, per ſecundum pariter factum inter liberos coram duobus teſtibus. Et ibi ſigillatim eneruat omnia, quę in oppoſitum adduci poſſunt:
599 ita vt facilè conſtet † tum ex ſupra dictis per nos nu.589.cum ſeq. hucuſq; & ex infrà dicendis etiam nu. prox.ſeq. vſq; ad nu.723. tum ex latè deductis per Soc.Iun.d.conſ.144.lib.2.hanc eſſe verã,

& con-

* & communem Doctorum ſententiam: prout illam eſſe * communem atteſtatur Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 22. nu.
600 17. Quam vti iuridicam † in eadem facti ſpecie approbat ipſe Soc. Iun. conſ. 145. in princ. verſ. circa primum. lib. 2. vbi quemadmodum ipſe Socinus ad ea, quæ pleniſſimè dixit in d. conſ. 144. ſe remittit: Ita & ego ad ibidem cumulatiſſimè dicta per eundem breuitatis cauſa me remitto.
601 Ita tamen vt ſilentio minimè prætereamus † Iac. Philip. Port. Concl. Reg. & Com. opi. lib. 2. concl. 8. in indiuiduo ſimpliciter
602 retuliſſe primo loco † pro prima opinione affirmatiua: (nempè, quòd primum teſtamentum inter liberos factum coram ſeptem teſtibus, reuocetur per ſecundum pariter conditum inter liberos coram minori numero teſtium) Paulum Caſtrenſem, Alexandrũ, Romanum, Angelum, Corneum, Baldum in locis, de quibus ibi
603 per eum. Secundo verò loco † pro altera opinione negatiua, & contrariā Ioannem Andream, Oldradum, Corneum, Fulgoſium, Albericum, Iaſonem, Socinum, Ananiam in locis etiam ibi relatis:
604 Nec aliter determinaſſe † vtrũ prima, an altera opinio de iure verā ſit, ac recepta. Ita vt qui Portium ipſum ſimpliciter inſpiciat, anceps reddatur, quænam ex recitatis opinionibus ab eo compro-
605 bata cenſeatur. Niſi fortè quis dixerit, † negatiuam ſententiā vltimo loco relatam videri approbatam: per tex. in. l. ſi idem cũ eodē
* .§. ſi vna. ff. de iuriſd. omn. iud. Ex quo colligunt ibi * cõmuniter ſcribentes vt ibidem poſt alios aduertit Iaſ. nu. 3. vbi cõcordantes
606 tradit: Ex pluribus † relatis, & nõ firmatis opinionibus à Lege, Statuto, Gloſſa, & Doctore illā cẽſeri electā, quę poſtremo loco fuerit collocata. Quod etiā tradit Alex. cõſ. 72. ſub nu. 4. verſ. Iſta eſt vltima opi. lib. j. Crott. cõſ. 137. nu. 2. Barba. cõſ 1. nu. 64. lib. 3. Cur. Sen. conſ 44. col. 8. verſ. Et ideò huic deciſioni vltimæ. Ioan. de Amic. conſ. 8. nu. 34. & conſ. 24. nu. 24. & conſ. 127. nu. 3. Riminal. conſ. 223. nu. 76. Bertrand. conſ. 8. nu. 20. & conſ. 212. nu. 3. vol. 6. & conſ. 52. nu. 9. vol. 4. Ioan. de Selua in Tract. de Beneficio. q. 14. par. 3. nu. 21. Ioan. le Cirier in Tract. de primogenitura
607 q. 25. lib. j nu. 30. Veruntamen † animaduertendum eſſe cenſeo non poſtremam, ſed præcedentem opinionem approbatam cenſeri per relatorem, quando prima opinio ſapit æquitatem, vltima verò merum iuris rigorem. Ita prædictam limitat Reg. not. Aret. cõſ. 164. Diligẽter, & maturè diſcuſſis. col 4. verſ. vndè dicit gloſ. not. Iaſ. in d. §. ſi vna. ſub nu. 3. verſ. ſecundo limita. & in. l. cum

fundus

fundus. §. ſeruum. ſub nu.6. verſ. Iſtam fallentiam. ff. ſi cer. pet. Dec.
in.c.j. in fin. in.j. lect. de conſt. Grat. Reſp. 141. nu 4. lib.2. Bertrād.
conſ.146. nu.9. vol.5. Ferran. Gargia. conſ.125. nu.9. inter conſ.
crim. diuer. Doct. vol.3. Chaſſenę. in Catal. glorię mundi in 12. par.
100. & vlt. conſider. verſ.17. habet locum. Nulli autem dubium
608 eſſe debet † quin prima opinio, qua teſtamentum poſtremo loco
factum ſuſtinetur, æquitatem maximam præ ſe ferat: altera verò,
qua teſtamentum ipſum infringitur, ſummum iuris rigorem con-
tineat: ex his, quæ in terminis teſtamenti, quoad fieri poteſt, ſu-
ſtinendi: maximè in conflictu opinionum, tradit Mattheſ. Fulg.
Grat. Barbat. Stephan. de Federi. Soc. Iun. Cephal. in locis ſupra in
propoſito citatis nu.582.587. & ex his, quæ nos infrà latius de-
duximus nu.1052. vſq; ad nu.1078. Quo fit vt præcedens opinio
609 † fauens vltimo teſtamento ab ipſo Portio comprobata cenſeatur.
610 Quod & alia ratione ſuadetur: nempè, † quia memorata præce-
dens opinio melioribus rationibus, & auctoritatibus probatur, ſi
non ab ipſo Portio relatis: at per Soc. Iun. d. conſ.144. lib.2. & per
nos etiam ſupra cumulatiſſimè deductis nu.589. vſq; ad nu.601.
Præſertim his accedentibus, quæ mox dicemus nu.612. vſq; ad
nu.699. Ex quibus omnibus liquidò conſtabit hanc ipſam, quam
defendimus, eſſe veriſſimam, atq; receptiſſimam iuris concluſio-
611 nem. Tunc enim † Reg. d. §. ſi vna. minimè locum ſibi vendicat,
quando prima opinio melioribus rationibus, & auctoritatibus eſt
ſuffulta: vt inquit Iaſ. in d. §. ſi vna. ſub nu.3. verſ. primo niſi præce-
dens. Crat. d. reſp.141. nu.5. lib.2. Ferran. Gargia. d. conſ.125.
nu.8. per gloſ. ord. in. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad trebel.

Accedat vnum, quod neutiquàm ſilentio prætereundum eſſe
612 duximus: hoc eſt: Omnes † deciſiones à Portio allegatas pro ſe-
cunda opinione vel reprobatas fuiſſe, vel non probare, vel incon-
ſtantes eſſe, vt nunc paucis demonſtrabimus, ſingulas ex ordine
confutantes.

613 Nam qui primo loco occurrit Ioan. Andre. † in Addit. Spec. in
Tit. de inſtr. editio. §. compendioſè. verſ. Quid ſi prius. ſub nu.31.
Addit. incip. ſi primum teſtamentum. in fin. verſ. Item termini quę
ſtionis. Reprobatur à Corn. conſ.21. ſub. nu.10. lib.4.

614 Quin & Oldrad. † conſ.119. ad fin. verſ. Præterea. cùm nitatur
eodem fundamento, quo nititur Ioan. Andre. (ipſe enim Ioan.
Andre. ſimpliciter reaſſumpſit verba Oldradi, nulla de eo facta
mentione: vt aduertit Alex. in d. §. ex imperfecto. ſub nu.4.) ſimul

& ſemel à Corn.d.conſ.21. ſub nu.10.lib.4. reprobatus eſſe cen-
615 ſetur. Veruntamen ipſe Oldradus † expreſsè reprobatur ab Ale-
xandro in d.§.ex imperfecto. ſub nu.11.

616 Et certè mirum videtur † quomodo Illuſtriſſimi duo illi Docto
res ad firmandam illam opinionem ſuam tam debili vtantur fun-
damento. Mouentur enim ſimpliciter per tex.in d.l.hac conſultiſ-
ſima.§.ex imperfecto.&.§.ſi quis autem.& Auth, Hoc inter libe-
617 ros.C.de teſtamen. Qui textus † non ſolùm parum faciunt: vt di-
xit Corn.d.conſ.21.ſub nu.10.lib.4. Sed (noſtra quidem ſenten-
tia) nihil prorſus ad cauſam faciunt. Nam tex.in.§.ex imperfecto.
618 † nihil penitus ad cauſam ipſam pertinet: cùm in eo de infirmatio-
ne alicuius teſtamenti non tractetur, vt omnibus eſt obuiam. At
619 tex.in.§. ſi quis autem. † loquitur de teſtamento, in quo inſtituti
ſint venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, ſecundum re-
* ceptiſſimam * Doctorum ſententiam, quam infrà nu. 726. 727.
728. congruè ſubijciemus. Quæſtio autem noſtra eſt de teſtamē-
620 to inter liberos, inter quos † pater teſtando maiora priuilegia cō
ſequitur, quàm ſi teſtetur inter venientes ab inteſtato, qui non ſint
de liberis: vt pariter infrà nu.712. vſq; ad nu. 718. opportunè
621 ſubijciemus. Quo fit vt cum maior † reuerentia debeatur à liberis
parentibus, quàm à venientibus ab inteſtato, qui non ſint de libe-
622 ris, teſtatori: (ſemper enim † reuerentia Parentibus exhibenda
eſt tam viuis, quàm defunctis: inquit tex.in.l. apud Celſum.§.ad-
uerſus parentes.ff. de doli excep. qua de re cumulatiſſimè ſcripſit
Guliel.Benedict. in.c. Raynutius. in ver. In eodem teſtamento re-
linquens.2.nu.29.vſq.ad nu.33.de teſtamen.) iure optimo dicen-
dum ſit ſecundam Patris diſpoſitionem inter liberos informem ir-
ritare debere primam eiuſdem Patris diſpoſitionem formalem: &
illam ipſam patris diſpoſitionem ſecundam qualemcunq; ab ipſis
623 liberis æquo animo eſſe amplectendam. Quæ ratio † ceſſat in ve-
nientibus ab inteſtato, qui non ſint de liberis, qui (vt iam dixi) tā-
ta reuerentia erga teſtatorem non aſtringuntur, quanta liberi erga
parentes detinentur: quod clariſſimè liquet, præter Guliel.Bene-
dict. vbi proximè ſupra, ex Fernand.Vaſquio Controuer. Illuſt.
aliarumq; vſu freqnent.lib.3.cap.97.nu.3.4. Et hinc nimirum, ſi,
quod ad ipſos pertinet, precedens teſtamentnm formale difficilius
reuocatur per ſecundum informè: iux. diſpoſitionem d.§.ſi quis
624 autem. Quòd autem † hæc ratio reuerentiæ à liberis debitæ parē-
tibus hunc effectum parere poſſit, clariſſimè perſpicitur ex his, quę

ſupra

ſupra ſcripſimus nu.47. cùm rationem in medium deduximus,
Quare leges tot, ac tantis priuilegijs, fauoribus, & prærogatiuis
teſtamentum patris inter liberos proſequātur, quam ab ipſa reue-
rentia à liberis debita parentibus depromptam fuiſſe à Legiſlato-
ribus ſupra d.nu.47.expreſſimus, ex ſententia Nattæ in d.§.ex im
perfecto.in.5.pręmiſſo.nu.31.32.& conſ.423.nu.12.& cōſ.662.
625 nu.4.5.6.7. Textus verò in Auth.Hoc inter liberos. † locum ſibi
vendicat quando primum teſtamentum factum eſt inter liberos,
* & ſecundum inter extraneos, ſecundum * receptiſſimam omnium
Doctorum ſententiam, quam ſimiliter infrà nu. 729. & nu. 748.
congruenter deducemus. Vndè hoc loco amplius immorandum
626 non eſſe cenſemus in demonſtranda † differentia, quæ proculdu-
bio eſt euidens inter d. Auth. Hoc inter liberos.. & quæſtionem
noſtram, in qua pro conſtanti ponitur ſecundum teſtamentum,
de quo agitur, non inter extraneos, ſed inter ipſos liberos, ſicuti
& primum, factum eſſe (ſi tamen primum eſt conditum inter libe-
ros, quod pro nunc ſupponimus: ſed infrà nu. 729. vſq; ad nu.
748.negabimus, & manifeſtè probabimus) in quo militant om-
nia, de quibus ſupra latè verba fecimus nu.589.vſq; ad nu.601.
627 Accedamus igitur ad Corn. † in d.Auth.Hoc inter liberos.nu.
4.qui ſucceſſiuè allegatur pro contraria opinione. Sed non magis
ipſe Corneus officit, quàm officiat Ioannes Andreas in loco, de
quo ſupra nu.613. qui quidē nihil prorſus officit, vt iam probaui-
mus nu.616.cū ſeq.hucuſq; : cùm Corneus ipſum Ioan. Andreā
ſimpliciter referat eodem loco, ſcilicet, in d.Addit. ad Spec. Ma-
628 ximè † quia ipſe Corn.d.cōſ.21.ſub nu.10.lib.4. paruifaciat me-
moratam Ioannis Andreę opinionem, de qua in d.Addit.ad Spec.
& dicat ipſum clarè non loqui, ſed multum confuſè, ac textus per
eum allegatos parum facere: quos immò nihil prorſus facere ſu-
pra nos demonſtrauimus nu.616.vſq; ad nu.627.
629 Fulgoſius † autem in d.§.ſi quis autem. quid aliud facit, quàm
quòd mouetur ex d.§.ſi quis autem.? qui non probat, cùm loqua-
tur de teſtamento, in quo inſtituti ſint venientes ab inteſtato,
qui non ſint de liberis. At quæſtio noſtra ſit de teſtamento inter
liberos, quod longè fauorabilius eſſe, iux. communem Docto-
rum ſententiam infrà dicemus nu. 712.vſq; ad nu.718. Et pro-
630 pterea † Fulgoſius ipſe reprobatur expreſsè ab Alex.in d.§.ex im
perfecto.nu.11. vbi in ſpecie ſic reſpondet ad d.§.ſi quis autem.
631 At Albericus † in d.§.ſi quis autem.verſ.præterea ibi non pre-

ceſſerat. Et Iaſon ibidem limita. 3. cùm loquantur ſecundum terminos d. §. ſi quis autem. videlicet, quando & in primo, & in altero teſtamento inſtituti ſunt venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis: quæſtio autem noſtra præſupponat non minus in ſecundo, quàm in primo teſtamento liberos fuiſſe inſtitutos: & infrà nu. 712. vſq; ad nu. 718. probemus longam eſſe differentiam inter vnum, & alterum caſum: quia, ſcilicet, maiora priuilegia obtineat teſtamentum inter liberos, quàm inter venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis: remanet quòd eorum deciſiones ad cauſam no

632 ſtram minimè pertineant. Cùm præſertim † ipſe Iaſ. in d. l. ſi ita ſit ſcriptum. nu. 29. de leg. j. ſequutus Paulum Caſtrenſem, quem pulchrè conſuluiſſe dicit d. conſ. 324. Dubium facit in ſupraſcripto puncto. lib. j. ſeu (vt volunt) in Antiquis. Expreſsè teneat primum teſtamentum ſolenne ad pias cauſas factum reuocari per ſequens minus ſolenne pariter ad pias cauſas conditum. Et non ſolùm va-

633 leat Arg. † de teſtamento ad pias cauſas ad teſtamentum inter liberos à paritate rationis, ſed etiam à maioritate: vt, ſcilicet, ſi primum teſtamentum ſolenne ad pias cauſas reuocatur per ſequens minus ſolenne ad pias cauſas: multòmagis primum teſtamentum ſolenne inter liberos reuocetur per ſequens minus ſolenne inter ipſos liberos: cùm fauorabilior ſit cauſa filiorum, quàm Eccleſiarum: vt arguit in terminis Barbat. d. conſ. 44. nu. 1. lib. 3. & latè tradit Soc. Iun. d. conſ. 189. nu. 76. vſq; ad nu. 84. lib. 2. cum pluribus ſupra ſemel deductis nu. 594. & 595.

634 Quod verò pertinet ad Corn. † conſ. 31. in fin. lib. 2. dico ipſum nobis nullum negotium facere, quia ſimpliciter mouetur argu. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de milit. teſt. vbi cum quæritur

635 † an ſecundum teſtamentum imperfectum à milite militia miſſo factum intra annũ ſoluat præcedens teſtamentum, quod in militia fecit: diſtinguitur, vt ſi illud primum iure militari fuerit ſcriptum, cenſeatur per ſequens imperfectum abrogatum: alioquin ſi iure

636 communi valuit, non eſſe iure reſciſſum. Sed certè † tex. iſte, noſtra quidem ſententia, nullum præſtat argumentum, quòd in te-

637 ſtamento inter liberos ſimilis diſtinctio ſeruari debet. Nam † primum teſtamentum iure communi factum ibi non irritatur per ſecundum imperfectum, quia miles ille mutauit conditionem

638 perſonæ: deſijt enim militare, ob quam militiam † conceditur illi in priuilegium, vt quocunq; modo teſtamẽtum fecerit, rata ſit eius voluntas. l. j. & tot. tit. ff. & C. de milit. teſta. Quo fit vt

ceſſante

639 ceſſante † cauſa priuilegij, ceſſet ipſum priuilegium.l. filius à patre
.§. filiusfa. ibi. *Cùm militare deſijſſet*.ff.de liber.& poſth.l. Athletæ
.§.1. ibi. *Quoad in præſidatu ſunt*. & .l. Geometræ. ibi. *Donec cu-
ram gerunt*. ff.de excuſ. tutor. plurima cumulat. Tiraquel. in Tract.
Ceſſante cauſa.in .j. par. in ver. Priuilegij cauſa ceſſante, &c. ſub
640 nu. 210. vſq; ad nu. 221. Et quòd Priuilegia † modum teſtandi
concernẽtia, non ſeruatis, ſcilicet, iuris ciuilis ſolennitatibus, com
petant tantùm militi, quouſq; degit in expeditione belli, & poſt
* miſſionem ceſſent * communis eſt Doctorum opinio : vt atteſta-
tur Iul. Clar. in .§. teſtamentum .q. 15. verſ. ſed quæro nunquid
641 hæc priuilegia. In patre † autem inter liberos teſtante nulla con-
tingit mutatio conditionis, nulla perſonæ alteratio, aut diminu-
tio: ſemper enim idem pater eſt, ſemper eadem priuilegij cauſa,
& ratio viget. Vndè ſemper eadem gaudere debet facultate teſtan-
di quoquomodo velit, & poſſit inter liberos, prout illi in priuile-
gium cõceditur .l. fin. C.famil. herciſc. cũ plurimis ſupra deductis
642 nu.45. vſq; ad nu. 80. Patet igitur † vel ex hac ſola ratione, quòd
tex.in d. §.militia miſſus.à Corneo in Arg.allegatus nihil prorſus
ad cauſam noſtrã pertinet. Quòd vt clarius adhuc oſtendamus, pla
643 cet expendere † tex. ipſum in .d. §. militia miſſus, & illud ipſum
retorquere. Nam.I.C. poſt prænarratam diſtinctionem factam in
milite milita miſſo, ſubiungit. *Nec tamen circa militem* (ideſt, circa
eum, qui adhuc militat. exponit gloſ.) *eadem adhibetur diſtinctio*
(quæ eſt facta circa eum, qui deſijt militare. inquit gloſ.) *Nam quo-
cunq; modo* (ſiuè communi, ſiuè militari. interpretatur gloſ.) *teſta
mentum fecerit* (adhuc militans. dicit golſ.) *nouiſſima* (licet nõ ſit
ſolennitate communi ſuffulta. addit gloſ.) *voluntate reſcindetur:
quoniam voluntas quæq; militis teſtamentũ eſt*. Hactenus Papinia-
644 nus. Eccè ergo quomodo † ex iſto tex. iuncta gloſ. ſemper magis,
magiſq; liquet conditionem perſonæ non mutatam,& cauſam pri
uilegij perſeuerãtem efficere quòd priuilegium ipſum permaneat:
cùm eadem diſtinctio non adhibeatur circa militem militantem,
645 quæ adhibetur circa militia miſſum. Vndè pari ratione † eadem di
ſtinctio adhiberi non debet circa patrem inter liberos teſtantẽ, &
patrem permanentem, quæ adhiberetur circa eum, qui pater eſſe
deſijſſet poſt primũ teſtamentum, per mortem, ſcilicet, filiorũ. Ita
646 vt non immeritò tex. ille ſit † contra Corneum retorquendus: hoc
eſt, vt quemadmodum per nouiſſimam militis militãtis voluntatẽ
iure militari factam reſcinditur præcedens teſtamẽtum etiam iure
communi

communi factum: Ita quoq; per poſtremam patris voluntatem inter liberos iure paterno, & ſpeciali factam infringatur anterius teſtamentum quàmuis inter ipſos liberos iure cõmuni perfectum:
647 Quandoquidem † plus iuris, & priuilegij hac in re tribuitur patri teſtanti inter liberos, quàm militi teſtanti inter extraneos: vt inquit Pau. Caſt. in d. §. ex imperfecto. ſub nu.2. & ibi Iaſ. nu.7. &
* eſt * communis opinio: vt atteſtatur Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 21.nu. 59. & ſub nu. 73. verſ.nec dubium eſt.
648 Et quamuis Corn.ipſe † in d. §. ex imperfecto. ſub nu.22.23.24. dixerit fauorem teſtamenti militis, & teſtamenti inter liberos habere ſe vt excedentia, & exceſſa: & propterea leges loquentes in teſtamento militis non eſſe trahendas ad teſtamentũ inter liberos.
649 Tamen hoc intelligendum eſſe cenſeo † vt procedat in his, in quibus fauor teſtamenti militis excedit fauorem teſtamenti inter liberos: vel ê contra: vt in exemplis, de quibus eodem loco per Cor-
650 neum. Secus † autem in his, in quibus hæc duæ teſtamenti ſpecies
651 eodem iure cenſentur: vt potè in voluntate, † quæ qualiſcunq; fuerit ſiuè ſolennis, ſiuè minus ſolennis, ſiuè formalis, ſiuè informis, & in milite teſtâte inter extraneos, & in Patre teſtante inter liberos ſemper ſeruanda eſt, ſi illa quouis modo ſit in aperto: vt de vo
652 luntate militis † eſt tex. in d.l.j. & in d. §.militia miſſus .l. eius mi
653 litis.ff.de milit.teſta.& de voluntate patris † eſt tex.in d.l.filij. & in d.l. fin. C. famil. herciſc. qua de re ſupra latius loquuti ſumus nu.
654 45. vſq; ad nu. 80. In hac enim, de qua agitur, voluntate † ita miles,& pater æquiparantur à lege,vt nihil officiat ad ſumẽdum Arg. à ſimili, quòd in quibuſdã alijs differãt:vt in terminis arguit Grat. Reſp.90.nu.23. 24. lib. 2. & ſatis liquet ex his, quæ tradit Ioan. Andre.in .c. non poteſt nu. 8. de præbend.lib.6. Abb.in.c. tranſlato. in gloſ. fin. de coſtit. & in.c. quemadmodum.in.j.not.de iureiur. & in .c. conſtitutus. in .3. not. de appellat. Bal. in.l.curatoris. nu.5. C. de neg. geſt. Dec.in d.c. translato.in.j.lect.nu.7.8.& in.l. quod te. in.2.lect. nu. 47. 48.49. ff.ſi cert. pet. & conſ. 329. ſub nu.4. Alba conſ.71. nu.9.10. Neuiza. in Sylua Nupt.lib.j.ſub nu. 231. verſ. A ſimili. Aymon. Crauet. in Tract. de Antiq.temp. in .4. par.in prin.nu.102.Natt.conſ.179.nu.12.Hierony. Zanch. in .§.cum ita .l.hæredes mei. nu.141.ff. ad trebel. Doctiſſ. ac diſertiſſ. I. C. D. Iacob. Menoch. in Tract. de recuper.poſſeſſ. in .I. Remed. nu. 98. & de Arbitr. Iudic. lib. 2. Centur. I. in caſu. 84.
655 nu.6. & de teſtamẽto militis † ad teſtamentum patris: vt,ſcilicet,
quemad-

quemadmodum in illo ſufficit quoquomodo,& quibuſcunq; verbis, & quibuſuis indicijs, etiam ſinè vllo prorſus teſte, apparere de voluntate: ità etiam in iſto ſola voluntas abſq; teſtibus ſufficiat, ſi quoquomodo verbis aliquibus, vel indicijs illa eluceat: puta per confeſſionem partis aduerſæ, vel aliàs quomodocunq;: arguit Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſſ. creat. §. 24. nu. 15. & nu. 21. & in Tract. De ſucceſ. reſolut. §.j. nu. 37. 38. Et in terminis
656 † à teſtamento militis ad teſtamẽtum patris: hoc eſt: vt ſicuti ſecundum militis teſtamentum imperfectum, & informe tollit primum eiuſdem militis teſtamentum perfectum, & formale: ita ſecundum patris teſtamentum minus ſolenne tollat alterum præcedens teſtamẽtum patris omnibus numeris perfectum: arguit Pau. Caſt. in d. Auth. Hoc inter liberos.q. vlt. ſub nu. 6. per tex. in d. .§. militia miſſus. in fin. quem ſupra contra Corneum deduximus. nu. 643. vſq; ad nu. 648. & ita etiam arguit Alex. in d. §. ex imperfecto. nu. 11. quatenus ad hoc allegat tex. in d. §. militia miſſus. atq; etiam Iaſ. conſ. 223. ante nu. 2. lib. 2. Ita vt hoc ipſum apud omnes Doct. expeditum eſſe appareat. Mouetur inſuper Corn.
657 † d. cõſ. 31. in fin. lib. 2. ex illa Ioan. Andre. Addi. ad ſpec. de qua ſupra nu. 613. quam & ipſe Corneus aliàs deſpexit, nempè, d. cõſ. 21. ſub nu. 10. lib. 4. & nos iure non probari ſupra demõſtrauimus nu. 616. vſq; ad nu. 627. Quo fit vt amplius iactura temporis non ſit facienda in demonſtrando, quod iam demonſtratiſſimũ eſt, videlicet, Cornei ſententiam nobis non officere. cùm præſer-
658 tim † ipſe ibidem fateatur ſe tunc temporis adhuc non inueniſſe illud dictum Ioannis Andreæ, ſed ipſum ſic allegatum reperiſſe. Quo poſtea inuento, quàm parua in conſideratione illud habuerit, ſatis perſpicitur ex is, quæ ſcripta reliquit d. conſ. 21. ſub nu. 10. lib. 4.
659 Accedamus nunc ad Soc. Sen. † conſ. 163. col. 3. ſub nu. 3. verſ. Tertia, & vltima ratio eſt. lib. 2. Quẽ paucis dixiſſe ſufficiat nõ ob-
660 eſſe: tũ quia in caſu eius † agebatur de teſtamẽto Cæci, in quo liquidiores ob timorem falſitatis probationes, & magis exactæ ſolennitates requiruntur: vt ibi Soc. ipſe per totum conſ. (quamquàm
661 † & in teſtamento cęci inter liberos locum ſibi vendicet diſpoſitio d. §. ex imperfecto. Nec ſit neceſſaria diſpoſitio. l. hac conſultiſſi-
* ma. C. qui teſtam. fac. poſſ. ſecundum * receptiſſimam Doctorum ſententiam, de qua meminit Alex. in d. l. hac conſultiſſima. nu. 13. & Iaſ. nu. 4. Natt. in d. §. ex imperfecto q. j. qui latè ipſam defendit.

Guliel.

Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in ver. Teſtamentū. I. nu. 79. Iul. Clar. in. §. teſtamentum. q. 17. Fernand. Vaſqui. Controuer. Illuſt. aliarumq; vſu frequent. lib. 3. cap. 103. nu. 11. 12. Franc. Viuius Com. opi. lib. I. opi. 343. verſ. interpretatur quoq;.) Tum quia
662 ſimpliciter, † & quaſi per tranſennam citat Fulg. Oldrad. & Ioan. Andre. in locis, de quibus ſupra nu. 613. 614. vſq; ad nu. 627. & nu. 629. 630. quos nihil obeſſe locis eiſdem iam probauimus. Itē
663 † quia ipſe Soc. ibi col. 4. in princ. verſ. & ſi dicatur. relatis Baldo, Angelo, & Paulo Caſtrenſi contrarium firmantibus in locis, de quibus ibi per eum, & legibus, ac rationibus etiam pro illorum ſententia deductis: relinquit illam ex Fulgoſij, Oldradi, & Ioan. Andreæ ſententia defenſionem tanquàm imbecillem, ac minus tutam in terminis eorum, & confugit ad principalem ſuam defenſionem, quæ potiſſimum in eo pendebat, quòd ageretur de teſtamento cæci, & quòd præcederet primum ſolenne cum clauſ. derogatoria ſequentis voluntatis. Et inquit, quòd illorum opinio in terminis, in quibus ipſe conſulebat, erat amplectenda: ſic manifeſtè ſentiens, quòd in alijs terminis, nempè, in quibus non agatur de teſtamento cæci, & primum teſtamentum ſolenne non habeat clauſ. derogatoriam ſequentis voluntatis (quemadmodum in caſu noſtro neutrum iſtorum militat) contraria opinio Baldi, Angeli, & Pauli Caſtrenſis obtineat.

664 Ioannes † autem de Anania conſ. 57. qui pro negatiua opinione allegatur à Portio, ſi rectè inſpiciatur, affirmatiuam partem amplectitur. Quod clariſſimè perſpicitur, Tum quia, formata quæſtione, verſ. Et hæc omnia procedunt de plano. inquit prima facie dicendum videri, quòd primum teſtamentum ſolenne valeat, vel
665 ſit mutatum per ſecundum minus ſolenne. Quibus verbis † Prima facie, vel Prima fronte, vtitur I. C. cum oppoſitum eius, quod propoſuit, demū determinat: vt eſt tex. in. l. quingenta, ibi. *Prima fronte æquius videtur*. ff. de probat. Quo loquendi genere paſſim
666 † vtuntur in conſilijs ſuis Alexander, Decius, Iaſon, Corneus, vnus, & alter Socinus, vterq; Curtius, Rolandus à Valle, Cepha-
667 lus, ipſe Portius, & alij pleriq;. Tum quia † expreſsè diſcedit à prima opinione negatiua, & amplectitur affirmatiuam, cùm in verſ. Et etiam diligenter animaduertendum. inquit Multò fortius dici poſſe, quòd immò ſecunda voluntas valeat ex quo eſt perfecta ratione voluntaris, & ſolennitatis, quia non apparet, quòd te-
668 ſtator aliud voluerit. Item quia † conſultationem ſuam concludens

dens ſubiungit nu. 2. hæc verba formalia: *Illud autem cautum eſt,*
669 *quòd voluntas perfecta † ratione voluntatis, licet non ſit perfecta*
*ratione ſolemnitatis, puta, quia non fuit lecta, & publicata, valet ad*
* *pias cauſas, & etiam inter liberos. Ita firmant * omnes ſcribentes:*
*quos refert D. meus Petr. de Ancha. in c. cum eſſes. de teſtamen. &*
*plenè not. in l. ſi is qui. ff. de teſtam. & plenè per Bal. in l. fin. C. famil.*
670 *herciſc. Nec obſtat, † quòd in iſto caſu prima voluntas fuerit redacta*
*in ſcriptis: quia, vt dicit Bal. in l. generali. C. de ſacroſan. Ecleſ. quæli-*
671 *bet † vltima voluntas valet ſinè ſcriptura: quia quantum ad eius eſ-*
*ſentiam non differt ſcriptum à non ſcripto: ſed benè differt quo ad exe-*
*cutionem: vt habetur in l. fin. C. de edic. Diui Adrian. toll. quia ſcriptu-*
672 *ra inducit notorium. Sufficit ergo, † & valet ſola adhibitio teſtium*
*ad hunc finem, vt ſeruari debeat.* Hactenus Anania, eodem themate retento. Cuius verba præciſa referre voluimus, vt luce meridia-
673 na clarius dignoſcatur † ipſum firmare, quòd primum teſtamentũ,
licet ſolenne, ſublatum cenſeatur per ſecundum minus ſolenne,
ſiuè ad pias cauſas, ſiuè inter liberos ſit vnum, & alterum teſtamentum. Cui ſubſcribit ibi Bologninus in Addi. & cuius Ioan. de Ana.
quanta ſit auctoritas tradit Franc. Niconit. in Rub. de teſta, nu. 26.
Nunc ſupereſt ex allegatis à Portio pro opinione negatiua Iaſ.
674 † conſ. 68. lib. j. & conſ. 8. lib. 3. Sed, quòd pertinet ad d. conſ. 68.
dicimus illud minus conſultè ab ipſo Iaſone contra filias prodijſſe.
675 Mouetur † etenim Iaſon in effectu ad dicendum, Quòd primum
teſtamentum ſolenne, & perfectum, in quo inſtituti ſint extranei
non reuocetur per ſecundum minus ſolenne, & imperfectum inter liberos conditum; quia in ipſo ſecundo teſtamento teſtes non
676 fuerint à teſtatore rogati. Et quàmuis admittat † in teſtamento
inter liberos regulariter ex neceſſitate teſtes non eſſe rogandos:
immò valere teſtamentum, quàmuis teſtes non ſint rogati: & hãc
* eſſe * veram, communem, & indubitatam Doctorum ſententiam
aſſeueret: quod & nos multorum Doctorum teſtimonio ſupra
677 probauimus nu. 65. Inquit tamen † iſtud limitari vt procedat quã
do agitur ſolùm de teſtamento imperfecto, & minus ſolenni inter
liberos facto, nec agitur de reuocãdo alio teſtamento ſolenni, &
678 perfecto, quod præcedat. Verùm † ſi de reuocatione præcedẽtis
teſtamenti ſolenniter conditi tractetur, exiſtimat in huiuſmodi teſtamento minus ſolenni inter liberos condito rogitum teſtium eſſe
neceſſarium. & mouetur ex deciſione Roman. conſ. 306. propopoſita conſultatio, col. 2. verſ. vnum eſt, quòd refragatur. Quem

 expreſsè

expreſsè, & in termminis ita concludere, limitare, & decidere aſſerit, atq; de ipſa Romani deciſione gloriatur, & exultat, ſubiungens ſe non inueniſſe aliquem Doctorem in mundo vnquàm illi
679 contradicentem. Sed vide quæſo † quomodo bonus Iaſon abutatur auctoritate Romani: qui quidem non loquitur de teſtamento inter liberos: ſed de teſtamento inter venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis: vt ex eius inſpectione clariſſimè liquet.
680 Satis autem cõſtat † ex his, quæ iam ſupra diximus nu. *619.* vſq; ad nu.*625*. & infrà etiàm dicemus nu.712.vſq; ad nu.718. Longam eſſe differentiam inter vnam, & alteram teſtamenti ſpeciem, multoq́; maiori priuilegio decoratum eſſe ipſum teſtamentum inter liberos, quàm ſit teſtamentum inter venientes ab inteſtato,
681 qui non ſint de liberis. Et in ſpecie † differentiam hanc inter memoratas duas teſtamenti ſpecies: vt, ſcilicet, in teſtamento inter liberos, quàmuis imperfecto rogitus teſtium non ſit neceſſarius: In teſtameuto autem inter venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, requiratur teſtium rogitus: conſtiruit Guliel. Benedict. in c. Raynutius. in ver. Teſtamentum. I. ſub nu.*76*. de teſtamen. vbi ad hoc allegat, & ita declarat ipſum Roman. d. conſ.*306*. Qui etiam
682 ibidem † videtur diſcentire ab ipſo Romano in eo, quòd ille velit rogitum teſtium eſſe neceſſarium in teſtamento, in quo venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, fuerint inſtituti. Inquit enim Benedictus, Cogitetis, quia tex. in d. §. ſi quis autem. requirens quinq; teſtes, non facit mentionem de rogitu. Nam ex illo tex. mouetur Romanus ad dicendum, quòd rogitus teſtium ſit neceſſarius in teſtamento, in quo ſint inſtituti venientes ab inteſtato, qui
683 non ſint de liberis. Ita vt ex hac † Benedicti admonitione pateat ipſam determinationem Romani etiam in caſu, in quo loquitur ipſe Romanus, non vſquequaq; tutam eſſe: quicquid dixerit Iaſon ſe non inueniſſe aliquem Doctorem in mundo vnquàm illi cõ-
684 tradicentem. Et re vera † ſophiſticas, & phantaſticas opiniones quaſdam habuiſſe videtur ipſe Roma. d. cõſ.*306*. quippe qui col. j. verſ. ſecundo quia nec teſtes. in ea fuerit opinione, vt in teſtamentò ad pias cauſas rogitum teſtium fore neceſſarium crediderit.
685 Quod tamen quàm ſit † à veritate alienum facilè conſtat ex * com-
* muni Doctorum ſententia, quæ contrarium dictat: vt aduertit Apoſtil. ad ipſum Roman. & præter eum atteſtantur plurimi Doctores relati à Barbat. cõſ.87. ante nu.14. verſ. & ſi quiſpiam. lib.4. & à Iul. Clar. in §. teſtamentum. q.*6*. verſ. ſecundo infertur. Inter

quos

quos & ipſe Romanus parū ſui memor recenſetur, qui in Repet. Auth.ſimiliter.C.ad.l.falc. * communem opinionem eſſe aſſeuerat, quòd in teſtamento ad pias cauſas rogitus teſtium non requiratur: quod etiam pro * communi, & claro affirmat Corn.conſ. 307.poſt nu.17.lib.3. quoſdam Modernos iure reprehendens, qui volentes plus ſapere, quàm opporteat ſapere, contra doctri. Apoſto.dictæ com.opi. cõtradicunt. Illud autem certo certius eſt
686 † quòd in teſtamẽto patris inter liberos, quàmuis imperfecto, & minus ſolenni non eſt neceſſaria teſtium rogatio, non ſolùm ad effectum, vt valeat tanquàm teſtamentum, & ex eo ſuccedi poſſit:
* ſecundum * receptiſſimam Doctorum ſententiam, de qua ſuprà nu.65. ſed etiam ad effectum rumpendi primum teſtamentum,
687 quod ſolenniter factum præcedat: quia † inter liberos præſumitur patris deliberatio, cùm naturalis ſtimulus patrem ipſum hortetur, & vrgeat ad cogitandum pro liberis: vt rationem reddens, quare inter liberos rogitus teſtium non requiratur, in ſpecie tradit Bal.in d.Auth.Quod ſinè.ſub nu.3.C.de teſtamen.quem ſequitur Corn. conſ.118.poſt nu.7.lib.3. Quicquid ſit in teſtamento, in quo inſtituti ſint venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis: vt aperto ore, & extra dentes concludit Guliel.Benedict. in d.c.Raynutius.
688 in ver.Teſtamentum.I.nu.75.76. Atq; vt Iaſonem † ſuis proprijs telis conficiamus, Quòd primum teſtamentum ſolenne, in quo etiam filij ſint honorati, reuocetur per ſecundum minus ſolenniter inter ipſos filios conditum, quàmuis teſtes in ipſo ſecundo teſtamento minus ſolenni non fuerint rogati, firmauit ipſe Iaſ.conſ. 223. Teſtamentum iſtud ſecundum, &c.lib.2. Quod poſteriore
689 loco † in hac ipſa materia cùm à Iaſone emanauerit, tanquàm maturiori ſtudio confectum amplecti debet, quicquid ipſe aliàs dixerit d.conſ.68.lib.j.prout in ſimili dixit Curt.Sen.d.conſ.44.col.8. verſ.& huic deciſioni vltimæ. & Riminal.d.conſ.223.nu.67. cum ceteris ſupra deductis nu. 605.606. pro concluſione illa, Quòd vltima Doctoris opinio cenſeatur ab eo approbata.
690 Quod verò pertinet ad ipſius Iaſ. † conſ.3.lib.3.paucis reſpondemus illud non mereri, quòd allegetur in materia, de qua agitur: quandoquidem procedit in teſtamento ex pluribus rationibus imperfecto ratione voluntatis: vt apertiſſimè loquitur ipſe Iaſon. Quam quidem voluntatis imperfectionem filijs obeſſe nos etiam
691 ſupra firmauimus nu.267. At quæſtio noſtra eſt † de teſtamento ratione voluntatis perfectiſſimo, ſed ratione ſolennitatis imperfe-

ſto : quam ſolennitatis imperfectionem filijs non præiudicare per
* *receptiſſimas Doctorum concluſiones ſupra latè probauimus nu. 45.46.vſq; ad nu.80.

692 Quare ſic eneruatis † omnibus deciſionibus, quæ à Iac.Philip. Port.d.concl.8.ex lib.2.cõclu.Reg.& Com.opi.in mediũ deducta fuerunt pro opinione negatiua, Quòd, ſcilicet, primũ teſtamentum inter liberos factum coram ſeptem teſtibus, non reuocetur per ſecundũ pariter factum inter liberos coram duobus teſtibus: conclu-
693 ditur: † opinionẽ affirmatiuã, qua defenditur ſecundum teſtamentũ ex duobus memoratis præualere, Tum propter auctoritates ab ipſo Portio primo loco relatas d.concl.8. Tum etiam propter deciſiones, & quidem multò plures à nobis ſupra deductas nu. 589.
* vſq; ad nu.601. tanquàm * veriſſimam, æquiſſimam, & receptiſſimam abſq; vlla prorſus hæſitatione amplectendam eſſe, atq; fouendam.

694 Quicquid etiam dixerit Ruin. † conſ.9.nu.16. cum ſeq. lib.2. de quo Portius non meminit. Cùm & ipſe ſequutus auctoritatem, vel potius errorem Oldradi, Ioan. Andreæ, & aliorum, quorum omnium ſententiam ſupra confutauimus nu.613.vſq; ad nu.692. ſimpliciter moueatur per tex. in d.§.ſi quis autem. ex l. hac conſultiſſima.C.de teſtamen.quem in longè diuerſis,ac diuerſam rationem habentibus terminis procedere ſupra demonſtrauimus nu.619.vſq; ad nu.625.

695 Quicquid inſuper dixerit Soc.Iun. † conſ.64.nu.10. cum ſeq. lib.4. cùm & ipſe deceptus auctoritate, vel magis errore Oldradi,
* & aliorum illius ſectæ Doctorum, à vera, * & communi ſcribentiũ opinione, quam latè demonſtrauimus à nu.589. hucuſq;, declinet: retius quidem facturus, ſi in ipſa communi Doctorum ſententia permanſiſſet, quam ſemel, & iterum firmauit ipſe d. conſ.
696 144.& d.conſ. 145.lib.2. cui etiam magis credendum eſt † in dd. duob. conſſ. quàm in d. conſ.64. lib.4. Tum quia ſequendum eſt
697 illud, † quod Doctor in duobus locis tenuit, quàmuis in vno loco contrarium teneat: vt inquit Roland.à Val.conſ.67. nu.33.lib.1.
698 vbi concor.tradit. Tum quia Doctor † illam opinionem tanquàm veriorem tenere cenſetur, quam plenius examinat, ſicuti fecit ipſe Soc.d.conſ.144.lib.2. vbi plenius articulum, de quo agitur, examinauit, quàm in d.conſ.64.lib.4. Ita dixit Henric.Bot.in Tract. de Synodo Epiſcop.in.2.par.nu.43.vbi multos citat.

699 Nec admittenda eſt vllo pacto † ſententia Nattæ in d.§.ex imperfecto.

perfecto.q.45.ſub nu.217. vbi dixit Concluſionem hanc procedere, quando in primo teſtamento ſolenniter condito diſpoſuit ſolummodo pater inter liberos: quia tunc per ſecundum minus ſolenne inter ipſos liberos conditum reuocatur primum. Secus autem ſi in primo teſtamento ſolenni liberis admixtæ ſint extraneæ perſonæ ſiuè in inſtitutione, ſiuè in legatis: quia tunc per ſecundũ teſtamentum inter liberos conditum coram duobus teſtibus primùm non reuocatur. Ea, nempè, ratione, Quia, quòd pertinet ad ipſas extraneas perſonas, ſicuti prima diſpoſitio teſtatoris non valuiſſet facta coram duobus teſtibus: ita illius reuocatio per ſecundum teſtamentum non debet valere facta coram duobus teſtibus,
700 per † Reg.l.nihil tam naturale.ff. de reg. iur. iunctis his, quæ tradunt Doct.in.l.hæredes palam.§.ſi quid poſt.ff.de teſtamen. Ita in
701 effectu concludit Natta. Cuius opinio † quàm ſit falſa, & propulſanda facilè conſtat ſi animaduertamus, quòd ea admiſſa, ſequeretur ſecũdum teſtamentum, in quo inſtituti ſint venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, coram quinq; teſtibus, nõ poſſe tollere primum teſtamentum, in quo ſint inſtituti exranei coram
702 ſeptem teſtibus: quandoquidem ipſi extranei † non poſſunt hæredes inſtitui, niſi coram ſeptem teſtibus.l. hac conſultiſſima .§. per nuncupationem .C. de teſtamen. §.fin.Inſti.eod.tit. Sed
703 conſequens eſt falſum, quia immò † primum teſtamentum,in quo inſtituti ſint extanei coram ſeptem teſtibus, irritatur per ſecundũ, in quo vocati ſint venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, coram quinq; teſtibus: vt eſt tex clarus, & apertus in d.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis autem.qui mirabilis eſt, & ſingularis:vt ibi dicit Pau.Caſt. Et hæc concluſio firmiſſima, ac receptiſſima eſt: vt ibi conſtantiſſimè tradunt omnes Doct. & Bertrand.conſ.25.vol.
704 3.par.2. Ergo & antecedens † falſum eſt.l. bonorum.ff. rem rat. hab.l.2.§.mutui datio.ff.ſi cer.pet. tradit Alba conſ.48.nu.13. &
705 conſ.110.nu.4. Dicamus igitur primum teſtamentum † factum inter liberos coram ſeptem teſtibus, tolli per ſecundum factum inter ipſos liberos coram duobus teſtibus: ſiuè in primo ſoli liberi fuerint inſtituti: ſiuè etiam liberis admixtæ ſint extraneæ perſonæ. quod expreſsè dixit Roman.conſ.179.Ampliſſimè Doctor. col.7.verſ.Tertiò, & hæc eſt vera. & Soc.Iun.cõſ.127.nu.16.lib.j. Qui mouentur ea ratione; quia tunc ſecundum teſtamentum magis eſt fauorabile filijs,quàm primum. Alioquin quod fauore filiorum inductum eſt, in eorum odium retorqueretur: vt ibi dicunt

Romanus

706 Romanus,& Socinus. Quod verũ eſt † etiã ſi in primo teſtamento extraneæ perſonæ tantùm fuiſſent inſtitutæ: vt apertæ dixit Guliel. Benedict.in.c.Raynutius.in ver.Teſtamentum.I.nu.75.de teſtam.
707 vbi ampliando dicit † tale teſtamentum minus ſolenne inter liberos factum, non ſolùm habere effectum teſtamenti, vt ex eo ſuc-
708 cedi poſſit: quinimmò † habere effectum derogatorium, & reuocatorium primi teſtamenti ſolennis per patrem prius fortè facti inter extraneos,quod ipſo iure tollitur per ſecundum minus ſolen
709 ne inter liberos factum: etiam † ſi in primo teſtamento ſolenni inſtituti fuiſſent alij ſucceſſores ab inteſtato, qui poſt filios ad ſucceſſionem vocarentur. Ita inquit ipſe Gulielmus formaliter. Qui,
710 retento eodem themate, ſubiungit † hæc verba præciſa nu. 76. videlicet. *Plus dico quòd non ſolum valet teſtamẽtum minus ſolenne ad effectum rumpendi primum ſolenne quando tale minus ſolenne fuit factum inter liberos: Sed etiam ſi non ſtantibus liberis, factum fuerit inter vlteriores conſanguineos ab inteſtato ſuccedentes. nam etiam per tale teſtamentum minus ſolenne rumpitur primum ſolenniter factum inter extraneos. per tex. in .l. hac conſultiſſima .§. ſi quis autem . C.*
711 *eod. &c.* Ecce ergo plus † eſse ſecundum Benedictum, & rectè quidem, quòd primum teſtamentum ſolenne,in quo inſtituti ſint extranei, rumpatur per ſecundum minus ſolenne, in quo inſtituti ſint venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis: quàm quòd primum teſtamentum ſolenne, in quo vocentur extranei, rumpatur per ſecundum minus ſolenne, in quo liberi admittantur. Nec mirum ſanè cuiquàm hoc uideri debet, cùm in hac ipſa materia
712 † teſtamenti minus ſolenniter facti magis priuilegiati ſint Parentes liberos inſtituentes, quàm ſi venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, inſtituãt. Quod ex eo patet clariſsimè: quia duo teſtes
713 † tantùm ſufficiunt in tali teſtamẽto inter liberos, ſecundum* re-
* ceptiſsimam Doctorum ſententiam, de qua ſupra nu. 63. 64. 65.
714 cùm tamen quinq; teſtes † requirantur in huiuſmodi teſtamento inter venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis d.§. ſi quis autem.ex .l. hac conſultiſsima .C. de teſtamen. Rurſus inter liberos
715 † non officit quòd duo illi teſtes nõ fuerint rogati, ſecundum* ſen.
* tentiam frequentiſsimis calculis à Doctoribus comprobatam, de
716 qua ſupra nu.65. & tamen inter venientes ab inteſtato † qui non ſint de liberis, quinq; illi teſtes debẽt eſse rogati: vt inquit Roma. d.conſ. 306.propoſita conſultatione. col.2. verſ. vnum eſt, quod
717 refragatur. Prout hæc, & alia priuilegia † teſtamento in quo liberi ſint

ri ſint inſtituti, competentia; quæ teſtamento, in quo venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, vocentur, minimè condonantur, recenſuit ipſe Guliel. Benedic. in d.c. Raynutius in ver. Teſtamentum .I. ſub nu. 76. cum ſeq. conferunt, quæ ſupra ſcripſimus
718 nu. 680. vſq; ad nu. 639. Si ergo quod magis † eſt abſq; vlla controuerſia conceditur. per d. §. ſi quis autem. Quare, obſecro, de illo, quod minus eſt quis dubitabit? iux. Reg. Auth. Multò magis. C. de ſacroſan. Eccleſ. Auth. multò magis. C. de epiſ. & cler. l. quantò magis .ff. de iureiur. c. cum in cunctis. de elect. Nec refra-
719 gatur † Reg. d. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. qua nititur Natta. Non enim tollit Reg. ipſa, quin alio modo quid diſsolui poſsit quàm fuerit colligatum. Sed ille modus eſt magis naturalis: vt inquit ibi gloſ. & aduertit Cagnol. in fin. verſ. Poſtremo not. Mo-
720 dus ergo ſatis ſuperq; erit aptus † ad infringendum primum teſtamentum ſolenne, in quo perſonæ extraneæ liberis ſint admixtæ, ſi ſecundum conficiatur teſtamentum, quàmuis minus ſolenne, in quo liberi ſint inſtituti, poſtquàm iſte modus & legitimus, &
* rationabilis, & iuſtus, & æquus exiſtit: vt * receptiſsimis Doctorum concluſionibus luce meridiana clarius iam probauimus à nu.
721 589. hucuſq;. Ex quibus, confutata † Nattæ ſaturnina, vel potius ceruotina opinione (Ceruotus enim Gloſsas legibus repugnantes faciebat: vt refert Iacob. Philip. Port. conſ. 8. ante nu. 52.) quæ non minus falſa, & contra vniuerſam iuris prudentiam, quàm no-
722 ua, & ſolitaria deprehenditur: noſtra remanet † concluſio firma, ſolida, quadrata, marmorea, & inconcuſsa, quòd teſtamentum primum inter liberos, quibus etiam perſonæ extraneæ ſint admixtæ, coram ſeptem teſtibus factum, rumpatur, irritetur, infringatur, & abrogetur per ſecundum teſtamentum inter ipſos liberos conditum coram duobus teſtibus. Quæ concluſio iam ſatis, ſuperq; ex prædictis clara, adhuc magis ex infradicēdis illuſtrabitur.

Non obſtat igitur (vt ad cauſam noſtram deſcendamus) quòd primum teſtamentum Domini Celſi perfectum, & ſolenne non rumpatur, & infringatur per ſecundum eiuſdem imperfectum, & minus ſolenne. Quia ex his, quæ ſupra latè diximus nu. 95. vſq;
723 ad nu. 188. clariſsimè liquet † per * receptiſsimas Doctorum ſen
* tentias ibi deductas, quòd ipſum D. Celſi poſterius teſtamentum & reſpectu validitatis, & reſpectu probationis ſubſiſtit, viget, & obtinet in vim teſtamenti nuncupatiui nuncupatione implicita de iure ſpeciali inter liberos. Similiter ex his, quæ ſupra fusè, &

copioſè

copioſè deduximus nu. 589. vſq; ad nu.prox. antec. apertiſſimè
724 perſpicitur † per * frequentiſſimas ſcribentium concluſiones ibi
* congeſtas, quòd memoratum D.Celſi teſtamentum poſtremo lo-
co factum ſortitur effectum derogatorium, & reuocatorium præ-
cedentis teſtamenti licet ſolennis, & perfecti de iure communi.
Leges, Rationes, Deciſiones, Auctoritates, Communes opinio-
725 nes iam deductas, & applicatas non repetemus, ne † Sinapium la-
uare videamur. Qui enim lauat Sinapium mutat, & demutat de
vna ſcutella in aliam. Verba ſunt Ioannis Fabri, quibus ipſe vtitur
in ſimili propoſito in.§.adeò.in vlt. ver.Inſti. de locat. & conduc.

Nec obſtat, quòd in hoc ſecundo teſtamento non concurrant
tria illa, de quibus in d.§.ſi quis autem.ex.l.hac conſultiſſima.C.de
726 teſtamen. Quia loquitur † ille.§.de teſtamento, in quo ſint inſti-
tuti venientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis, in quibus neceſ-
ſaria ſunt illa, quæ ponuntur in ipſo.§.ſi quis autem. Nos autem
727 agimus † de teſtamento, in quo filij, vel nepotes primum locum
tenentes ſunt inſtituti, in quibus ſufficit diſpoſitio d.§. ex imper-
fecto. eiuſdem.l.hac conſultiſſima. cùm ibi traditis per ſcribentes
728 communiter. Hanc enim differentiam † inter d.§. ſi quis autem.
& d.§.ex imperfecto.cōſtituit Bal.in d.§.ſi quis autem. in.I.opp.
vbi & Pau.Caſt.in.I.opp.& Iaſ.col.2.verſ.In tex. ibi.in qua volun-
* tate. qui atteſtatur hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam.
Alex.conſ. 146.ante nu.12.verſ.poſtremo.lib.2.Guliel.Benedict.
in.c. Raynutius. in ver. Teſtamentum. I. ſub nu.76. de teſtamen.
Natt.in d.§.ex imperfecto.q.45.ſub nu.216.verſ.Mouentur autē.
Franc.Marc.Deciſ.Delphin.319.nu.10.in.1.par.

Minus obſtat, quòd in hoc ſecundo teſtamento non concurrāt
duo illa, de quibus in d. Auth. Hoc inter liberos. C. de teſtamen.
729 Quia procedit † illa Auth. quando primum teſtamentum factum
eſt inter liberos, & ſecundum inter extraneos: vt ibi tradunt om-
nes Doct.nemine excepto. Sed in caſu noſtro totum euenit oppo-
ſitum: Quia primum teſtamentum factum eſt inter extraneos, &
ſecundum inter liberos: quo caſu militant omnia, quæ ſupra dixi-
mus nu.589.vſq; ad nu.725. In primo enim teſtamento inſtituti
730 ſunt primo loco Fratres teſtatoris, † Qui quidem, reſpectu filiæ,
& neptis ipſius teſtatoris, cenſentur extranei.l.cùm auus.ff.de cō-
dit.& demonſt. iuncta.l. cùm acutiſſimi.C. de fideicommiſ. tradit
Barba.cōſ.28.poſt nu.9.lib.2. At in ſecundo inſtitutæ ſunt primo
731 loco filia, & neptis ipſius teſtatoris (inſtitutam † nanq; dico fuiſſe
etiam

etiam neptem in hoc ſecundo teſtamento in Aureis. 1200. Tum
virtute ſuppletionis factę à Genero de illis verbis *Iure inſtitutionis*
ex auctoritate illi à teſtatore data: vt ſupra demonſtraui nu. 548.
vſq; ad nu. 557. Tum quia titulo vniuerſali dotis illa quantitas ne-
* pti fuit relicta: quo caſu inducitur inſtitutio: iux. veram,* & com-
munem Doctorum ſententiam, de qua ſupra nu. 560. vſq; ad nu.
732 564.) Neq; ex eo ſolo, † quòd ipſa neptis in primo teſtamento
fuerit ſubſtituta fratribus teſtatoris ſinè filijs maſculis decedenti-
bus, dicendum eſt ipſum primum teſtamentum inter liberos fa-
733 ctum cenſeri. Quia ſubſtitutio † non eſt propriè inſtitutio, ſecun-
* dum * communem Doctorum ſententiam: vt atteſtatur Ripa in
734 l.j.nu.2.ff.de vulg.& pupil.ſubſt. De qua tamen inſtitutione † fa-
cta à patre inter liberos: non autem de ſubſtitutione loquuntur
Leges, & Doctores materiam teſtamenti patris inter liberos per-
735 tractantes. Item quia ſubſtitutio † non operatur eundem effectũ,
736 quem producit inſtitutio. Nam ſi pater inſtituit † filium, & illi
ſubſtituit extraneum, valet teſtamentum. Et tamen ſi pater inſti-
tuit extraneum, & illi compendioſè ſubſtituit filium, cui nihil iure
inſtitutionis fuerit relictum, non valet teſtamentum: vt multum in
propoſito tenuit, reprobato Alexandro, ipſe Ripa in d.l.j.nu.6.
7.ff.de vulg.& pupil.ſubſt. quod etiam voluit Guid.Pap.conſ.96.
caſus ſub nominib.in.2.dub.ſub nu.2. & Deciſ.425. ſi quis filius.
* vbi inquit hanc eſſe * veritatem, & ita in iudicando ſeruari. Rur-
737 ſus quia nihil † relictum fuit filiæ in primo teſtamento, vltra dotẽ
iam illi conſtitutam, & perſolutam, in qua ſimpliciter fuit inſtitu-
738 ta. Vndè non poteſt appellari † teſtamentum inter liberos, cùm
inter omnes liberos teſtator de ſubſtantia ſua non diſpoſuerit ſin-
gulas portiones ſinè æquales, ſiuè inæquales ſingulis liberis aſcri-
739 bens. Dictio enim Inter, † exquirit duos terminos ſiuè perſona-
740 rum, ſiuè rerum, in quibus verificetur. Perſonarum, † vt in exem-
plis, de quibus in.l. inter Caſtellianum.ff. de arbit.l. inter cohære-
des.ff.famil.herciſc.l.inter debitorẽ.ff.de pactis.l. inter litigantes.
ff.de iudicijs.l.inter minores.ff.de reſtit.in integ.l.inter patrem.ff.
de contrahen.empt.l.inter ſocerum.ff.de pact.dotal.l.inter virum.
ff.de donat.inter vir.& vxor.l.inter agnatos.C.vndè legit. Quibus
concinit illud Horat.Sermo.lib.j.Satyr.j.

*-------------------------- Non ego auarum*
*Cum veto te fieri, vappam iubeo, ac nebulonem.*
*Eſt inter Tanaim, quiddam, Socerumq; Viſelli.*

*Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,*
*Quos vltra, citraq́, nequit conſiſtere rectum.*

741 Rerũ † vt in exemplis poſitis in.l.inter ſeruitutes.ff.de ſeru.vrban. præd.l.inter actum.ff.de ſerui. ruſt.præd.l.inter officium.ff. de rei vendic.l.inter diuortium.l.inter ſtuprum .l. inter donum .l. inter illam .ff. de verb.ſign.l. inter mortis .ff.de donat.cau.mor.l.inter æquitatẽ.ff.de legib.|Quibus conuenit illud Virgil.Aeneid.lib.3.

*Contra iuſſa monent Heleni Scyllam,atq; Charybdim.*
*Inter vtranq; viam leti diſcrimine paruo*
*Ni teneant curſus: certum eſt dare lintea retro.*

742 Nec ſatisfactum † ex eo eſſe cenſeo, quòd pater in primo illo teſtamento inſtituerit filiam in dote ſua iam illi data: quod fieri poſ-
743 ſe † videtur: vt tradit Bal.in.l.quoniam nouella.nu.8.vbi & Saly. C.de inoffic.teſtam. Quia, vt prætercam quæſtionem hanc non
744 eſſe prorſus expeditam † apud Doctores: præſertim hodiernis tẽporibus, propter diſpoſitionem.c. Raynutius. de teſtamen. vt liquet ex traditis à Barbat.conſ.2.nu.12.13.lib.j. vbi tenet teſtamẽtum nõ valere: & latè à Guliel.Benedict.in d.c.Raynutius.in ver. Alterochæ filiæ vltra dotem. Reſpondeo illud (ſi verum eſt) pro-
745 cedere † ad hoc, vt filia non cenſeatur præterita: & ſic vt teſtamẽtum ſuſtineatur. Ita enim loquuntur Doct. omnes, qui illam tenuerunt opinionem: vt perſpicitur ex his, quę ſcripta reliquit ipſe Guliel. Benedic.in d.ver. Alterochæ filiæ vltra dotem: ſed illud
746 ipſum non facit † quòd teſtamentum dicatur inter liberos, ſi nihil vltra dotem iam datam filiæ, in ipſo teſtamento eidem relinquatur: ex his, quæ proximè ſupra diximus nu. 737. cum ſeq. Quod etiam præſupponunt omnes ſcribentes in d.l.fin.C.famil. hercifc. in d.§. ex imperfecto. in d. Auth. Hoc inter liberos. in d. Auth. Quod ſinè. in d. Auth. de teſtamen. imperfec. & paſſim vbi hæc ipſa materia digeritur, ſi diligenter ad eorum dicta animaduerta-
747 tur. Atq; vt hoc etiam † ſua non careat propria, & ſpecifica deciſione, Ita in terminis dixit Barba.d.conſ.2.nu.6.7. cum ſeq. lib.j. vbi cenſuit teſtamentum ex eo non reputari factum inter liberos, quòd pater inſtituat filiam in dote iam illi data. quia inſtitutio illa cenſetur emanare potius ad fauorem teſtantis, vt ſic teſtamentum valeat, quàm ad fauorem filiæ: & alijs rationibus, de quibus ibi per ipſum Barbatiam. Quemadmodum etiam videmus teſtamentum illud inter liberos minimè conditum cenſeri, in quo legitima duntaxat filijs ſit relicta, cum illa magis intuitu neceſſitatis, quàm libe

rorum tunc relicta dicatur: & illud demum appelletur teſtamentum inter liberos quod ſit factum ad fauorẽ ipſorum liberorum: vt ſcriptum reliquit in terminis quæſtionis noſtræ Grat. d. Reſp. 90. nu. 26. 27. lib. 2.

748 Præterea, vt ceſſet omnis amaritudo, Reſpondemus † diſpoſitionem d. Auth. Hoc inter liberos. locum ſibi vendicare, quando in ſecundo teſtamento inſtituti ſint extranei. Quòd ſi in illo ſint etiam inſtituti liberi, quemadmodum & in primo, tunc duo illa requiſita, de quibus in d. Auth. non requiruntur: ſed ſecundum tollit primum teſtamentum: ſi tamen ſecundum ſit magis fauorabile

* filijs, quàm primum. Hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam atteſtantur Iaſ. in d. Auth. Hoc inter liberos. ſub nu. 1. verſ. & per hoc infero. & ibi Natt. q. j. ſub nu. 3. Paris. conſ. 34. nu. 45. 46. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 127. nu. 10. lib. j. & conſ. 144. nu. 57. lib. 2. Guliel. Benedic. in c. Raynutius. in ver. Teſtamentũ. 2. nu. 10. de teſtamen. Iul. Clar. in . §. teſtamentum q. 98. verſ. Hoc tamen intellige. vbi multos citat conteſtes. Didac. Couar. in Rub. De teſtamen. par. 2. ſub nu. 19. verſ. ſexto deducitur ex præſumpta, &c. Fernand. Vaſqui. in Tract. De ſucceſ. reſoluit. §. j. ante nu. 6. Ioan. Anto. Trigona Sing. 106. Aymon Crauet. conſ. 143.

749 ſub nu. 7. Quicquid dixerit † Alex. conſ. 163. nu. 8. lib. 7. qui abutitur auctoritatibus per eum allegatis: vt ibi aduertit Apoſtil, qui dictæ communi Doctorum ſententiæ ſubſcribit. Vndè, dato

750 centies † quòd primum teſtamentum D. Celſi eſſet inter liberos: quod tamen à veritate prorſus eſt alienum, vt ſupra diximus nu. 729. vſq; ad nu. 748. cùm ſecundum ipſius teſtamentum abſq; vlla dubitatione ſit inter liberos, & ſit magis fauorabile ipſis liberis, quàm primum, vt mox probabo, concludendum eſt primum per ſecundum proculdubio fuiſſe abrogatum.

Quòd autem ſecundum teſtamentum D. Celſi ſit magis fauora-

751 bile † filijs, quàm primum, ſatis ex eo perſpicitur, quòd per ſecundum filij magis reducuntur ad æqualitatem, quàm per primũ.

752 Ad quam † inter filios ſeruandam plurimum hortatur parentes Imp. in Auth. de nupt. §. pen. Et quam Lex maximè inter fratres amat. l. cùm pater. §. euictis. de leg. 2. l. ex parte. §. inteſtato. ff. famil. herciſc. Et quam lex ipſa inter eos ſemper ſtatuit. l. fin. C. cõmun. vtriuſq; iudic. Prout hæc, & alia multa de æqualitate per patrẽ inter filios ſeruãda tradit Bal. in. l. j. in. j. not. C. de pact. & latiſſimè Tiraquel. in Tract. de iure primogen. q. 4. & quòd teſtamentũ

753 illud magis ſit fauorabile filijs † per quod illi magis ad æqualitatẽ reducuntur, non obſcurè, & quidem in terminis voluit Roman. d. conſ. 179. Ampliſſimè Doctor. col. 7. verſ. Tertiò, & hæc eſt vera. Qui tametſi concludat in caſu ſuo primum teſtamentum non eſſe reuocatum per ſecundum: non propterea noſtræ refragatur intẽtioni, quin potius eam probat. Quandoquidem ex eo mouetur
754 Romanus, † quòd in primo teſtamento relictum fuerat æqualiter ambobus filijs: in ſecundo autem relictum erat totum vni, & alteri ademptum quicquid in primo illi datum fuerat. Sic apertè ſentiens, quòd ſi in ſecundo totum non fuiſſet vni relictum: & alteri non fuiſſet ademptum quicquid in primo datum erat: proculdubio per ſecundum teſtamentum, per quod filij magis ad æqualitatem reducerentur, primum fuiſſet ſublatum. Hic enim certiſſimus eſt
755 Romani intellectus. In propoſito † autem noſtro, cùm in primo teſtamento D. Celſi filiæ, & nepti non fuerit æqualiter relictum: quin potius filia iam dotata, in ipſa dote Aureorum. 1200. tacitata fuerit. Nepti verò dotis nomine Aurei. 1000. relicti fuerint: & vlterius ipſa neptis vniuerſaliter fuerit ſubſtituta fratribus teſtatoris primò loco ſcriptis hæredibus quandocunq; ſinè filijs maſculis decedentibus: qui ſubſtitutionis caſus euenit; vt infrà dicam nu. 889. cum ſeq. & nu. 893. cum ſeq. At in ſecundo teſtamento totum non fuerit relictum filiæ: quinimmò Aurei. 1200. in ipſo ſecundo teſtamento nepti quoq; relicti ſint: & conſequenter ipſi nepti non fuerit ademptum quicquid illi datum erat in primo teſtamento: ſed fortaſſis aliqua pars, quàmuis minima, vel nulla, vt infra dicam nu. 836. vſq; ad nu. 840. conſequitur, quòd primum teſtamentum manifeſtam, & exceſſiuam continens inæqualitatem inter filiam, & neptem, ſublatum fuerit per ſecundum, in quo ipſa filia, & neptis ad æqualitatem magis perducuntur: ex Romani ſententia ſic ad cauſam noſtram applicata, qui oculis tantùm frontis ab aliquo inſpectus, contra nos fortaſſis fuiſſet inductus. Hoc
756 etiam expreſsè voluit † ipſe Roman. conſ. 385. in caſu præmiſſo, quo quæritur. vbi in terminis ait non eſſe locum diſpoſitioni d. Auth. Hoc inter liberos. quando ſecundum teſtamentum eſt liberis primo fauorabilius. nempè, inquit Romanus, quia Pater in ſecundo teſtamento ſeruat inter liberos ius æqualitatis, ex qua inter ipſos conſeruatur amor, ceſſantq; lites, & diſcordiæ, quas produxiſſet inæqualitas primi teſtamẽti. Et concludit Romanus in caſu ſuo primum teſtamentum ſolenne ſublatum fuiſſe per ſecundum,

quàmuis illud non habeat clauſ.derogatoriam,nec ſeptem teſtium numerum: quia primum concernebat fauorem filiæ primogenitæ, quæ vniuerſaliter in eo erat inſtituta: & odium ſecundogenitæ,cui certa ſumma tantùm fuerat aſcripta. Alterum verò concernebat fauorem ambarum filiarum, cùm eas ad æqualitatem perduceret.
757 Si ergo † illud obtinet in caſu Romani, in quo filia primogenita melioris erat conditionis per primum teſtamentum, quàm ſecun-
758 dogenita: quod † tollerabile videbatur fauore primogenituræ:ex his, quæ hanc ad rem latiſſimè congerit Tiraquel.in Tract. de iure primigen. in Præfat.Quantò magis illud ipſum in caſu noſtro debet obtinere, in quo neptis efficitur melioris conditionis per primum teſtamentum, quàm filia, & illa quidem primogenita? filia, inquam, quæ patri proximior eſt, & magis dilecta, quàm neptis.
759 Qua ratione † pro maximo inconuenienti in iure habetur, quòd neptis effitiatur melioris conditionis, quàm ſit ipſa filia.l.ſi viua matre.vbi not.omnes.C.de bon.mat.tradit Afflict. in.c.I.in prin. nu.43.de ſucceſ.feud. Soc.Iun.conſ.j.nu.123.lib.j. Hoc inſuper
760 clarè, † & in terminis voluit Aymon Crauet.conſ.143.nu.7.vbi licet pro primo reſpondeat teſtamento aduerſus ſecundum: illud
761 tamen † ex eo accidit, quia in primo liberi erant æqualiter inſtituti: in ſecundo autem valdè inæqualiter: vt ipſe ibi dicit: ſic manifeſtè ſentiens, quòd ſi in primo liberi fuiſſent inæqualiter inſtituti: & in ſecundo ad æqualitatem magis fuiſſent perducti: ſecundum teſtamentum tanquàm magis fauorabile, & vtile filijs, primo præ-
762 ualuiſſet. In propoſito igitur noſtro † cùm filia non fuerit æqualiter cum nepte inſtituta, ſed potius excluſa in primo teſtamento:& ipſa filia ad æqualitatem magis cum nepte perducatur in ſecundo teſtamento: dicendum eſt ipſum ſecundum teſtamentũ tanquàm magis fauorabile, & vtile filijs primo eſſe anteponendum. Hoc
763 deniq; † (vt huic demonſtratiſſimæ demonſtrationi finem iam imponamus) aperto ore, & in terminis d. Auth. Hoc inter liberos. tradit Soc.Iun.cõſ.127.poſtnu.18.verſ.& licet nepotes.cum trib.
* nu.ſeq.lib.I.vbi ex intentione Doctorum * cõmuniter: vt ipſe ibi atteſtatur: concludit teſtamentum illud magis fauorabile filijs cẽſeri, per quod illi ad æqualitatem magis reducuntur: Nec haben-
764 dum eſſe in conſideratione, † quòd aliqui filij, vel nepotes maius commodum particulariter ſentirent ex primo teſtamento, quàm ex ſecundo: ſi ex ipſo ſecundo teſtamento maius commodum omnibus filijs, vel nepotibus vniuerſaliter proueniat. Quod quidẽ multum

765 multum ſeruit in propoſito noſtro † ſi ex aduerſo obijciatur maius commodum parari ex primo teſtamento nepti, quàm ex ſecundo. Quia ad iſtud non eſt reſpiciendum, poſtquàm illud ſuum commodum tendit ad totalem filiæ excluſionem: & ex ſecundo teſtamento tam nepti, quàm filiæ commodum prouenit decens, & honeſtum: licet fortè filia ipſa per hoc ſecundum teſtamentum ſit, vel videatur aliquantulum melioris conditionis, quàm neptis: quod tamen, re diligentius perpenſa, ſecus eſſe non abhinc longè
766 demonſtrabimus nu. 836. vſq; ad nu. 840. Neq; huic † communi Doctorum ſententiæ per Soc. Iun. firmatæ d. conſ. 127. lib. j. refragatur Ruin. conſ. 9. nu. 3. 4. 5. 6. 7. lib. 2. Immò apertè illi adſtipu-
767 latur: cùm fateatur ſecundum † teſtamentum tanquàm fauorabilius primo eſſe præferendum, ſi per ſecundum omnes filij minus grauentur legatis, & oneribus, quàm per primum. Item ſi per ſe-
768 cundum † faueatur maiori numero filiorum, quàm per primum: prout ex vtroq; capite accidit in caſu noſtro: quemadmodum infrà probabimus nu. 792. cum ſeq. & nu. 794. & ſeq. cùm ambas conſiderationes iſtas ad caſum noſtrum ſigillatim applicabimus.
769 Hoc autem certo certius eſt † magis odioſum eſſe, quòd filia per primum teſtamentum penitus excludatur ab hæreditate patris: quàm quòd neptis per ſecundum integrè non conſequatur illud,
770 quod per primum percepiſſet. Et è conuerſo † magis fauorabile eſſe, quòd, iuſta portione relicta nepti in ſecundo teſtamento, filia ad reliquam partem hæreditatis paternæ per ſecundum teſtamentum admittatur: quàm quòd neptis, magna filiæ iactura, vniuerſam hæreditatem auitam ex primo teſtamento conſequatur: vt quilibet vir prudens facilè dijudicare poteſt, præeunte ſolo ratio-
771 nis lumine vnicuiq; à natura inſito. Non enim ſimpliciter † ſolùm quæritur (inquit M. Tullius de Partitione oratoria, ante nu. 36.) quid honeſtum ſit, quid vtile, quid æquum: ſed etiam ex comparatione, quid honeſtius, quid vtilius, quid æquius: atq; etiam quid honeſtiſſimum, quid vtiliſſimum, quid æquiſſimum. Et ex
772 ſententia Baldi † conſ. 372. contrarium fuit conſultum. col. 2. verſ. Item eſt aduertendum. lib. 5. & Alberici in l. j. in princ. ante nu. 7. ff. de iuſti. & iure. ſicuti æquo æquius, bono melius, iuſto iuſtius, fauorabili fauorabilius reperitur: ita etiam quod æquius, melius, iuſtius, fauorabilius eſſe cenſetur, ſemper eſt eligendum. Quæ retulit Tiraquel. in Tract. *Le mort ſaiſit le vif.* in. 7. Declarat. Præfat. nu. 9 & 10.

Nec

773 Nec refragatur quòd priuilegia † quæcunq; paternum à iure conſequitur teſtamentum habeât locum quando Pater æqualiter, & in omnium fauorem filiorum diſponit: ſecus ſi diſponit in fauorem vnius, & in odium alterius quod contingere videtur quando plus vni, quàm alteri relinquit: Tunc enim dictis priuilegijs non eſſe locum: ſed ad tollendum primum teſtamentum duo illa eſſe neceſſaria, de quibus in d. Auth. Hoc inter liberos. Vt videtur voluiſſe Roma. d.conſ.179.col.6. in fin. verſ.ſecundo quòd. & d. conſ. 385. col.2. verſ. ſecundo principaliter. Quia reſpondeo Ro-
774 manum † poſt Specul. ab eo allegatum, non expoſtulare exactiſſimam, ac libra adæquatam patris diſpoſitionem inter liberos; immò ſatis eſſe ſecundum ipſius Romani ſententiam, ſi teſtamentum ſecundo loco factum ſit fauorabilius filijs, quàm primum: vt inducendo Romanum ipſum ſupra probaui nu. 753. vſq; ad nu. 760.
775 Et quòd Romanus † Specul. & cæteri hac de re loquentes hoc modo ſint intelligendi, expreſsè dixit Boëri. d. Deciſ. 240. ſub nu. 10. Cuius hæc ſunt verba. *Et dictum Speculatoris, Ludouici, Alexandri debet intelligi ſecundum caſum, in quo ipſi loquũtur: ſcilicet, in ſecundo teſtamento minus ſolenniter, vel ſolenniter condito, inſtitutis tamen in eo extraneis hæredibus, vel vno ex liberis tantùm, & cæteris legatarijs relictis: & in primo teſtamento liberi erant fortè æqualiter*
776 *inſtituti &c.* Ecce ergo quòd ſi primum † teſtamentum quandoq; non reuocatur per ſecundum, non quidem ex eo contingit, quia omnimoda æqualitas inter filios in ſecundo ſeruata non fuerit vſq;
777 ad † Ficos diuidendos: iux. prouerbium relatum à Tiraquel. in Tract. De iure primigen. q.4 nu.6. Sed quia in primo inſtituti erãt filij æqualiter, nulla extranea admixta perſona: in ſecundo autem vel inſtituti erãt extranei, vel vnus ex filijs tantùm, relictis ſolummodo quibuſdam legatis cæteris filijs: ex Speculatoris, Romani, & Alexandri ſententia ſic à Boërio expreſſa, ac declarata. Atq; ſe-
778 cundũ hanc ipſam Boërij declarationẽ † intelligẽdum eſſe cenſeo illud, quod tradidit Tiraquel. in d. Tract. De iure primige. q. 4. nu. 4. Cùm ipſe Tiraquel. innitatur ſententiæ Speculatoris, Romani, Alexandri, & Decij: Quorum tres primi à Boërio ſunt expreſsè, prout diximus, declarati: & quartus, ac poſtremus, nempè Decius pari modo declaratus eſſe cenſetur ab ipſo Boërio, cùm moueatur ſimpliciter & ipſe Decius ex memoratis, & iam declaratis Romani deciſionibus. Quòd ſi in primo teſtamento filij non ſint
779 † æqualiter inſtituti, & illis etiam extraneæ perſonæ fuerint admixtæ

mixtæ: At in ſecūdo filij tantummodo, nulla admixta perſona extranea, ſint inſtituti: quàmuis plus vni, quàm alteri in ipſo ſecundo teſtamento relinquatur: nihilominus ipſum ſecundum teſtamentum, tanquàm magis vtile, & fauorabile filijs primo eſt præferendum: iux. Boërij ex mente Romani, & aliorum Doct. memo
780 ratam declarationem. In propoſito † autem noſtro filij nō fuerunt æqualiter inſtituti in primo D. Celſi teſtamento: quin potius neptis tantum in eo fuit inſtituta, & filia excluſa: & in illo ipſo teſtamento perſonæ extraneæ fuerunt admixtæ, videlicet, Fratres teſtatoris cum filijs, & Eques Carolus Zobolus pariter cum filijs: In ſecundo autem filia, & neptis ipſius teſtatoris ſolummodo fuerunt inſtitutæ: ergo non officit quòd plus filiæ, quàm nepti relictum videatur: quia nihilominus illud cenſetur vtilius, & fauorabilius ipſis liberis, quàm primum. Atq; , vt tandem hac in re concludamus,
781 quòd priuilegia † quæ paterno à iure condonantur teſtamento, locum ſibi vendicent, non ſolùm quando pater æqualiter, & in omnium filiorum fauorem diſponit: Sed etiam quando inæqualiter
782 eos inſtituit: etiam † ſi magna ſit inæqualitas, (aduerſus concordiam, quam hac in re attulit Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto q. 2. Ant. Rub. conſ. 6. & conſ. 7. Apoſtil. ad Alex. conſ. 168. ſub nu. 3. lib. 5.) obſcurius quidem voluit Alex. d. conſ. 146. poſt nu. 5. verſ. & prodeſt. & nu. 13. lib. 2. ſed palàm tradit Boër. d. Deciſ. 240. ante nu. 7. verſ. ſed Socinus. & nu. 8. 9. 10. Alciat. in l. ſi filius qui. ſub nu. 32. 33. ff. de liber. & poſth. Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 11. ſub nu. 63. & conſ. 423. ſub nu. 11. & latius cōſ.
* 622. per totum conſ. & hanc eſſe * communē doctorum ſententiam atteſtatur Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 21.
783 nu. 67. Maximè † ſi legitima filiorum non ledatur, inquit Fernan-
784 dus. Quanquàm † & diminuta legitima filiorum alia ex parte, teſtamentum Paternum nihilominus valeat, ſed ipſa legitima tunc ſuppleri debeat: vt eodem loco tradit ipſe Vaſquius. Quicquid
785 aliàs † idem dixerit in Tract. de ſucceſ. progreſ. §. 30. ſub nu. 46. vbi nouam quandam hac in re ſuam protulit ſententiam aliqualiter à memorata communi Doctorum opinione deuiantem. Quæ
786 tamen † communis opinio, vel ipſo Fernando iudice, tenenda eſt: vt admonet ipſe in d. Tract. de ſucceſ. creat. §. 21. ſub nu.
787 67. Veruntamen, quicquid ſit in ceteris, † ſatis, ſuperq; conſtat inæqualitatem in caſu noſtro non eſſe conſiderabilem, cùm de magna, & notabili nō agatur inæqualite, ſed de parua, & ferè nulla: vt infra

vt infrà demonſtrabimus nu. 836. vſq; ad nu. 840. Ex his, quæ tradunt Curtius Iunior, Antonius Rubeus, Apoſtillator ad Alexandrum, ipſe Alexander Tartagnus, Nicolaus Boeri⁹, & Andreas Alciatus, Mar. Antonius Natta, Fernandus Vaſquius in locis ſupra citatis nu. 782. & ſeq. Quibus addo Soc. Iun. conſ. 96. ſub nu. 5. & 6. & conſ. 189. nu. 85. 86. 87. lib. 2. vbi de * communi opinione. & conſ. 3. nu. 2. lib. 4. (quicquid dixerit ipſe Soc. Iun. cōſ. 147. nu. 34. vſq; ad nu. 46. lib. 2. & cōſ. 59. nu. 24. lib. 3.) Didac. Couar. in c. Raynutius. §. 1. nu. 3. de teſtamen. vbi pariter de * communi opinione. Qui omnes concludunt ex receptiſſima ſcribentiū ſententia non eſſe curandum de inæqualitate à patre inducta inter liberos, niſi illa fuerit notabilis, & exceſſiua: puta, in dimidia parte eius, quod ab inteſtato quis habiturus erat: vt inquit Soc. Iun. d. conſ. 147. nu. 45. lib. 2. & d. conſ. 59. poſt nu. 24. lib. 3.

Vlterius animaduertendū eſt, quòd ex alio etiam capite, quàm
788 æqualitatis † ſecundum D. Celſi teſtamentum tanquàm liberis fauorabilius debet præualere anteriori: Quia, ſcilicet, in ſecundo condignè inſtituti ſunt liberi, qui erant inſtituendi: nempè, filia, & neptis: & in eo nihil diſponitur, niſi inter ipſos liberos. In primo autem inſtituti ſunt fratres teſtatoris, cum eorum liberis: & ſubſtitutus eſt Eques Carolus Zobolus pariter cum filijs: ad quos omnes, vel ad aliquem eorum, hæreditas D. Celſi ab inteſta-
789 to non erat deuoluenda. Hoc enim modò † in terminis d. Auth. Hoc inter liberos. vnum patris teſtamentum fauorabilius eſſe filijs, quàm alterum conſiderat Corn. conſ. 31. ſub nu. 19. verſ. profectò primum. lib. 2. Qui tamē ſi dictis reſpectibus dicat in caſu ſuo primum eſſe fauorabilius ſecundo: non propterea negat, quin eiſdē reſpectibus ſecundum ſit fauorabilius primo, ſi caſus conuertatur
790 prout in caſu noſtro: cùm illud operetur † propoſitum in propoſito, quod operatur oppoſitū in oppoſito: vt arguit I. C. in l. ſi ita legatum eſt, domum. de leg. 3. & in l. etſi contra tabulas, vbi not. Bar. & poſt alios Iaſ. nu. 3. ff. de vulg. & pupil. & in l. ſi ex toto. in princ. vbi pariter not. Bar. & poſt alios Iaſ. in j. not. de leg. j. Bal. ex Ariſtotelis ſententia in l. j. col. 2. in princ. verſ. Præterea ſiuè ſit pœnitētia. C. quando liceat ab empt. diſced. Tiraquel. ex ipſius Ariſtotelis ſententia in Tract. Ceſſante cauſa. in j. par. nu. 17. & illud item. &c. & in Tract. Retract. tit. j. §. 12. Gloſ. j. ſub. nu. 16. poſſet item videri, &c. Ant. Rub. conſ. 155. ante nu. 6. Signorol. de Homod. conſ. 68. nu. 12. Paris. conſ. 31. nu. 122. lib. j. & cōſ. 82. nu. 48. 49.

lib.3. Neuiza conſ.38.nu.12.13. & conſ.70.nu.24.Franc.Niconit.in Rub. de teſta.nu.68. qui plurimos retulit. Et in ſpecie quòd
791 † prædicto reſpectu ſecundum teſtamentum præualere debeat tãquàm fauorabilius, in quo filij ſint inſtituti, aduerſus primum teſtamentum, in quo, certa quantitate dotis nomine relicta filię, frater teſtatoris hæres ſcriptus fuerat, reſpondit Iaſ.conſ.223. col.j. verſ.Tertia ratio.lib.2.
792 Sed & alia ratione † ſecundum teſtamentum D. Celſi, veluti maiorem filiorum concernens fauorem, primo eſt anteponendũ: nempè, quia ſecundum fauet plus, quàm primum maiori numero filiorum. Nam ſecundum fauet filiæ, & nepti: cùm tamen primũ faueat nepti tantùm, & odium filiæ concernat. Hoc etiam modo in terminis proprijs ſecundum teſtamentum liberis fauorabilius eſſe, quàm primum; & hac de cauſa præferendũ cenſuit ipſe Corn. conſ.21.ſub nu.10.verſ.& inſuper. lib.4. & Aymon Crauet. cõſ.
793 160.nu.2. Nec refragatur † Ruin.d.conſ.9.nu.3.4.5.6.7.lib.2. Quia in caſu ſuo totum erat oppoſitum eius, quod contingit in caſu noſtro. Nam ibi ſecundum teſtamentum vni tantùm ex filijs erat vtile: & omnibus alijs filijs tam maſculis, quàm fœminis damnoſum: vt demonſtrat ipſe Ruinus. Meritò, &c.
794 Accedat altera conſideratio, † per quam ſecundum teſtamentũ D.Celſi liberis fauorabilius eſſe, quàm primum facilè conſtat. videlicet, Quia ſi ſecundum teſtamentũ valeat, & exequatur, prout ius dictat; tollitur primum, & in conſequentiam tolluntur diſpoſitiones in eo factæ ad extraneas perſonas: quod ad filiorum cedit
795 fauorem. Hoc etenim modo in terminis etiam † ſecundum teſtamentum liberis eſſe fauorabilius, quàm primum reſpondit ipſe Corn.d.conſ.21.ſub.nu.10.verſ.Item ſi ſecundum.lib.4.vbi ſub-
796 iungit hoc etiam locum ſibi vendicare † quando in primo teſtamento filij omnes eſſent inſtituti: ex theorica Bal.Salyc. Raphael. Fulg. Pau.Caſt. & Ioan.Petrutij in d. Auth. Hoc inter liberos. ab ipſo Corneo ibi relata. Quòd ſi procedit hoc etiam ſi omnes filij
797 in primo teſtamento ſint inſtituti: quantòmagis † vbi in primo vnus tantùm fuit inſtitutus, & alter excluſus, vt in caſu noſtro? Auth.Multòmagis.C.de ſacroſan.Eccle. Auth.Multòmagis.C.de Epiſc.& Cler.l.quantòmagis.ff.de iureiur.c.cũ in cunctis.de elect.
Poſtremo loco animaduertendum eſt ad duo, quæ reddunt ſe-
798 cundum teſtamentum D.Celſi fauorabilius † nepti ipſi particulariter, quàm primum. Hoc eſt, quia ſi primum teſtamentum ſubſiſtat,

ſiſtat, ipſa neptis arctiſſimo, & perpetuo fideicommiſſi nexu obſtricta, atq; oneroſo grauamine ipſius libertatis impeditiuo, libertatis, inquam, matrimonij, compreſſa erit. Siquidem decedēte ipſa nepte ſinè filijs, & quidē maſculis, ſubſtitutus illi fuit Eques Carolus Zobolus, vnà cum filijs per fideicommiſſum: Quod eſt
799 onus † & odioſum, & conſequenter, quoad fieri poteſt, atq; in dubio propulſandum, etiam ſi agnationis gratia ſit factum. Tex. eſt. in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil. qui communiter ad hoc allegatur per Doctores. Sed melius probat tex. in. l. ſi arrogator. ff. de adopt. ſecundum celeberr. I.C.D. Paulum Leonium in Tract. ſubſtitutionum. In compendioſa. nu. 295. Tradit Dec. conſ. 218. poſt nu. 11. & conſ. 288. poſt nu. 11. & conſ. 292. ſub nu. 8. & conſ. 593. col. fin. verſ. & ex ſupradictis: Soc. Sen. cōſ. 113. nu. 8. lib. j. Corn. conſ. 186. nu. 11. lib. 3. Alciat. Reſp. 98. nu. 14. & pulchrè Reſp. 134. nu. 7. 8. 9. 10. 11. & Reſp. 529. nu. 15. vſq; ad fin. Grat. Reſp. 64. nu. 42. & Reſp. 126. nu. 17. 18. lib. 2. Alba cōſ. 29. nu. 7. & conſ. 31. nu. 9. & nu. 22. Aymon Crauet. conſ. 180. ſub nu. 1. verſ. Sed pace ſalua. & ſub nu. 3. verſ. Dicendum ergo. & verſ. Secundo reſpondeo. & in fin. conſilij. & conſ. 208. nu. 3. 4. Cepha. conſ. 45. nu. 12. & conſ. 46. nu. 15. 16. & conſ. 268. nu. 27. 28. ac in fine conſilij. Inſuper neptis ipſa ex illa prima teſtatoris diſpoſitio-
800 ne cogitur nubere † in Familia Zobolorum: & ſic facultas nubendi, quæ debet eſſe libera, & lata, adimitur, & reſtringitur in grauè
801 neptis præiudicium: Cùm vtiq; huiuſmodi conditio † nubendi reſtricta ad familiam Zobolorum ſit oneroſa, dura, aſpera, & libertatis matrimonij impeditiua. per tex. not. in. l. cùm ita legatum ſit. & in. l. hoc modo. ff. de condit. & demonſt. in. c. Gemma. de ſponſalib. & matrimon. in. l. 2. C. de inutil. ſtipul. in. l. Titia. in princ. vbi latè ſcribentes omnes. ff. de verb. oblig. Conueniunt
802 optimè † quæ de libertate matrimonij non arctanda tradit Ioan. Andre. Ant. de Butr. Abb. Felin. in. c. j. de ſpōſal. & matrimo. Ioan. Andre. & Domi. de S. Gemin. in. c. ſtatutum. de hæret. lib. 6. Ioan. Andre. Ant. de But. Abb. cum ceteris ſcribentib. in. c. fin. de ſecun. nupt. Rofred. de libellis ſuper iure pontificio. in. 3. par. Rub. de ſponſal. & matrimo. nu. 4. 5. & nu. 8. Alex. conſ. 97. per totū. lib. j. Curt. Sen. conſ. 27. in primo dubio. & Hierony. de Tortis cōſ. 28. ſubſequenti. in primo dubio. Dec. conſ. 231. per totum. & in. l. nuptias. nu. 7. cum omnib. ſeq. ff. de reg. iur. Ant. Corſet. ſing. in ver. ſtatutum. 9. Incip. ſtatuto cauetur quod inter homines diuerſarum

terrarum. Hip.de Marſ.ſing.589. Aliàs,de anno. 1520.Bertrand.
conſ.76.nu.4.quod eſt repetitum conſ.185. nu.10. vol.2. par.2:
Riminal. conſ.427.nu.10. vſq; ad nu.25. & nu.57. Corn.conſ.
254.ſub nu.26.lib.j.& conſ.105.nu.25.26.lib.2. Calcane.cōſ.3.
Alciat.Reſp.53.nu.15.16.17.Crott.conſ.81.per totum.Neuiza.
conſ.31.nu.25. Barth.Chart.Regien. conſ.63.nu.4.5.6.7. inter
conſ.Matrimo.diuerſ.Doct.vol.j. Natt.conſ.355.per totum.For-
tu.Garc.in Tract.de vltimo fine iuris,&c.nu.351.352.Guliel.Be-
nedict. latiſſimè in c. Raynutius.in ver. Qui cum alia matrimoniū
contrahens. de teſtamen. Clariſs. multiq; nominis I.C.D. Ioan-
Bapt.Plotus conſ.87.nu.11.12.13.14.15.inter conſ.Matrim. di.
uerſ.Doct.vol.j. Qui loquitur in terminis, in quibus pater inſtitue
rat hæredem filiam ſub conditione nubendi in Familia nobiliſs.
Plotorum, ex qua Romanorum Imperatores,& Conſſ.Deſignati;
Imperatoriæ vxores, Philoſophi, Nimphæ, Regiæq; Coniuges;
Poetæ, Iuriſconſulti, & alij Clariſs. Viri tanquàm ex Equo Troia-
no prodierunt: vt refert Opt.I.C.D. Franc.Maria Plotus minimè
degenerans à D.Ioan.Baptiſta Patre I.C.Præſtantiſſimo in Addit.
803 ad Mart.Garrat.conſ.52.poſt.nu.7. Hæc autem duo † onus, ſci-
licet, fideicommiſſi: & impedimentum libertatis matrimonij tol-
luntur per ſecundum D.Celſi teſtamentum. Ergo illud præualere
debet primo teſtamento, tanquàm Nepti fauorabilius: prout in
804 terminis ad declarationem † d. Auth.Hoc inter liberos. ſecundam
diſpoſitionem, per quam filij liberantur ab onere fideicommiſſi,
quo in prima patris diſpoſitione grauati erāt, filijs ipſis magis eſſe
fauorabilem, & conſequenter obtinere debere, cenſuit Soc.Iun.d.
805 conſ.127 nu.11.lib.j. Quod multò magis † in caſu noſtro dicen-
dum eſt, in quo neptis non ſolùm ab onere fideicommiſſi grauiſ-
ſimo, & odioſo: ſed etiam à miſera ſeruitute nubendi in Familia
Zobolorum per teſtamentum poſtremo loco factum liberatur.
806 Nec dicatur, quòd etſi quis † metu pœnæ ad matrimonim ad-
ſtringi nequeat, ſpe tamen præmij ſolicitari poſſit .l. titio centum
.§. titio centum .j. vbi Bart. & alij .ff.de condit. & demon. Prout
etiam diſtinguit Capella Tholoſ. Deciſ. 292. & ibi latè Stepha.
807 Aufrer. Proptereaq; valet † paternum teſtamentum, quo quis fi-
lias in triente legitimo inſtituat: & præterea in tota hæreditate ſub
conditione, ſi nupſerint Mercatoribus: vt reſpondit Oldra. conſ.
808 16. Thema tale eſt, Titius habens vnam filiam in .j. q. Idem †:
fuerint inſtitutæ ſub conditione nubendi ciuibus non alienigenisſi
vt reſpon-

809 vt reſpondit Fulg. conſ. 61. Domina Chaterina. Vbi etiam † idem
reſpondit, ſi fuerint inſtitutę ſub conditione nubendi in familia.
Quod firmauit & Ioan. de Selua in Tract. De benefitio. in 3. par.
q. 22. nu. 4. & latè tradit Guliel. Benedic. in. c. Raynutius in ver.
Cuidam Petro tradiderunt. nu. 1. vſq; ad nu. 12. de teſta. Didac.
* Couar. in Epito. in 4. lib. Decret. 2. par. cap. 3. §. 3. nu. 6. 7. 8. *
communiterq́; fuit receptum: vt poſt alios tradit Alciat. in d. l.
Titia in princ. nu. 8. ff. de verb. oblig. Soc. Iun. in l. ſtipulatio hoc
810 modo concepta ſub nu. 28. ff. eod. tit. Et generaliter † admitti videtur
conditio nubendi cum certo genere perſonarum; quia ſic
non cenſetur adempta facultas nubendi, licet ex parte reſtricta: vt
tradit Bart. in l. edicimus. C. de murileg. lib. 11. & alij relati per
Feli. in d. c. j. ſub nu. 23. verſ. ſexto fallit. de ſponſal. & matrimo.
811 (quamuis † ipſe Feli. ibi relatis his, qui contrarium tenuerunt, nō
812 reputet tutum eſſe hoc affirmare) cum declaratione † tamen, de
qua Bar. in d. l. edicimus. Hoc eſt, ſi conditio perſonarum illarum
conueniat conditioni mulierum, ita vt nuptiæ non poſſint eſſe de-
813 decori mulieribus ipſis: & reſtrictio † illa ad certum genus perſo-
narum non ſit oneroſa matrimonio: quia ſcilicet, non facile inter
eas perſonas poſſint mulieres nuptias inuenire. per tex. in d. l. cum
ita legatum. & in d. l. hoc modo. ff. de cond. & demonſt. Quam de-
clarationem poſuit & Oldra. d. conſ. 16. in. j. q. Fulg. d. conſ. 61.
col. 2. verſ. in diuerſam partem. Ant. Corſet. d. ſing. in ver. ſtatutū.
9. Guliel. Benedic. in d. c. Raynutius in ver. Cuidam Petro tradi-
derunt ſub nu. 3. & hanc ipſam declarationē non ſolum ex mente
* Bartoli, ſed etiā * aliorū Doctorum procedere dixit ita diſtinguēs
Alciat. Reſp. 53. nu. 17. ex quibus videtur dicendū non eſſe vim
conſtituendam in hac conditione; quam teſtator noſter appoſuit
nepti de nubendo in Familia Zobolorum.

814 Reſpondemus enim hæc ipſa perſuadere quidē poſſe † memo-
ratam conditionem ſic vt ſupra nu. 812, & 813. declaratam, va-
815 lere: Sed non efficere quin ipſa conditio † libertatis matrimonij ſit
reſtrictiua, & conſequenter oneroſa Nepti cenſeatur. Nam procul
dubio & libertatis matrimonij reſtrictiua, & oneroſa, ac præiudi-
cialis ipſi Nepti eſt exiſtimanda. Quod patet abſq; alia probatio-
816 ne: cùm † mulier iuſſa contrahere cum certo genere perſonarum,
ſatis prohibita cenſeatur contrahere cum alijs d. l. cum ita legatum
. ff. de condit. & demonſt. tradit Guliel. Benedic. in d. c. Raynutius
in d. ver. cuidam Petro tradiderunt. ſub nu. 3. Soc. Iun. in d. l. ſti-
pulatio

pulatio hoc modo concepta. ſub nu.28.ff. de verb.oblig. Quod
817 quidem † libertatem matrimonij reſtringere, ac præiudiciale, & oneroſum eſſe ſatis, ſuperq; liquet ex his, quæ tradunt Doctores omnes pro libertate matrimonij nō arctanda, & coanguſtanda ſu-
818 pra citati nu. 802. Et certè † ſi lex antiqua, proximis, & conſortibus qua conceſſum erat, vt extraneos ab emptione remouerent, neq; homines ſuo arbitratu vendenda diſtraherent: ea ratione fuit caſſata per Imperatorem, quia inani honeſtatis colore velata grauem iniuriam inferre videretur, cùm homines de rebus ſuis facere aliquid cogerentur inuiti; vt inquit tex. in .l. dudum C. de con-
819 trahen.empt. Hinc † Retractus Gentilitij ſtatutum ſatis vel ex eo ſolo damnum inferre cenſeatur venditori, quòd per illud quis voti ſui compos nō efficiatur, voluntatemq; ſuam non expleat, cùm liberè non poſſit quibus cum ſibi magis placuerit contrahere, ſed conſanguineos, & agnatos aliqua forte iuſta ratione ſibi inuiſos, vel amiciſſimis perſonis præferre teneatur: vt probat Tiraquel. in Tract. Retract. tit. j. in Præfat. nu. 25. Ideòq; cùm ipſe vēditor, &c.
820 Qua ratione † etiam Retractus ipſius Gentilij ſtatutum & odioſum, & aſperum, & contra ius commune, & ſtrictè interpretan-
* dum eſſe * magis communiter cenſuerunt Doctores: vt demonſtrat ipſe Tiraquel. in d. Tract. Retract. tit. j. in præfat. num. 60.
821 Quamobrem ſunt multi. & nu. ſeq. Quantòmagis † inani honeſtatis colore velata diſpoſitio teſtatoris, qua Neptis iubetur nubere in Familia Zobolorum grauem iniuriam inferre ipſi, & eandem damno afficere videri debet, conſequenterq; odioſa, dura, aſpera, & contra ius commune cenſenda eſt, cùm per illam neptis ipſa arbitratu ſuo, atq; etiam Matris, Auiæq; & Paternæ, & Maternæ lectiſſimarum, honeſtiſſimarumq; fœminarum conſenſu accedente, nuptias contrahere, deſideriumq; ſuum explere nō poſſit: ſed inuita cogatur quaſi emere ſibi virum ex Familia Zobolorum (mu-
822 lier etenim † videtur emere maritum dote: iux. illud virg. Geor. lib. j Poëtice dictum,

*Teq; ſibi generum Tethis emat omnibus vndis.*

Quod deplorat Medea illa Euripidis dicens.

*Mulieres ſumus longè miſerrima propago.*
*Quas primum oportet opum exuperantia*
*Maritum mercari, dominumq; corporis*
*Accipere.* ——————

Faciunt quæ de coëmptione viri, & vxoris ficta, & imaginaria quidem

dem à Gẽtilitate vſu recepta, commemorat Boëtius in .2. Topic. Cic. Commen. & refert Budæus in Annot. in Pandec. in .l. 2. in ver. Vindicias filiæ ſuæ,&c. Vbi declarat quid apud Antiquos ſignificaret, In manum per coëmptionem conuenire .ff. de orig. iur. Qua de re loquitur etiam Cic. De Orat. lib. I. poſt nu. 122. & in Orat. Pro L. Flacco. poſt nu. 65.) & illum quidem, & ſi ætate, moribus, & patrimonio ſe dignum: atqui ob aliquam rationem fortaſſis ſibi inuiſum, & odioſum? Quod quàm miſerum, quàm deteſtandum, quàm abominandum ſit futurum, nemo eſt ſanæ men-
823 tis, qui non videat. Eas enim † nuptias triſtiſſimum euentum expectare, quæ cum eo viro celebrentur, quem mulier odio habeat, auerſetur, abominetur, ac deſpuat, ſatis apertè colligitur ex tex. in .c. 2. & in .c. cum locũ. & in .c. requiſiuit. de ſponſal. & matrimo. quibus in locis & gloſ. & Doct. aduertunt. & gloſ. in .c. j. & in c. de illis. j. de deſponſ. impub. Corn. conſ. 116. in fin. lib. 3. Ioan. Franc. Paui. in Tract. de viſitationibus. q. 8. par. 2. nu. 55. Neuiz. in Sylua Nupt. lib. 2. nu. 114. Mart. Garrat. cõſ. 31. nu. 25. Aymon Crauet. conſ. 190. ante nu. 5. & hoc ipſum ſatis, ſuperq; docet ex-
824 perientia † quæ rerum eſt efficax, & optima magiſtra. c. quàm ſit. & .c. cupientes. de elect. lib. 6. Auth. de Appella. in princ. A qua experientia arguit Alex conſ. 22. nu. 2. lib. 4. Corn. conſ. 181. nu. 57. & conſ. 237. nu. 17. lib. 2. Barba. conſ. 40. nu. 22. lib. 4. Dec. conſ. 462. nu. 11. Soc. Sen. conſ. 21. nu. 8. lib. 3. Riminal. conſ. 280. nu. 12. Crot. conſ. 67. nu. 31. & conſ. 136. nu. 38. Soc. Iun. conſ. 69. nu. 21. & conſ. 128. nu. 46. lib. j. conſ. 159. nu. 14. & conſ. 181. nu. 40. lib. 2. conſ. 48. nu. 3. & conſ. 75. nu. 31. lib. 3. Aymon Crauet. conſ. 2. ante nu. 5. Iac. Philip. Port. conſ. 38. nu. 30. & cõſ. 119. nu. 6. Roland. à Val. conſ. 7. nu. 18. & conſ. 73. nu. 36. lib. j. Cepha. conſ. 169. nu. 11. Natt. cõſ. 391. nu. 7. Excellentiſs. I. C. D. Gerardus Mazollus de Liazaris conſ. 4. nu. 116. & cõſ. 5. nu. 11. Decad. j.
825 vbi pulchrè loquitur de experientia. Qua quidem ratione † vnicuiq; perſuaſum eſſe debet pleniſſimam in matrimonijs contrahẽdis libertatem concedendam: nec mulierum voluntatem aliquo
826 colore, vel prætextu captiuandam eſſe: quam expleri † præſertim in rebus, in quibus aliqua poteſt affectio cadere, vt in marito eligendo, etiam nullo accedente lucro, lucri loco ponitur, & pro maximo intereſſe reputatur: vt præter Tiraquel. in Tract. Retract. tit. j. in præfat. nu. 25. ſupra citatum, pulchrè tradidit Doctiſs. & in legali palæſtra indefeſſus I. C. D. Marcus de Mantua Bonauitis
ſing.

ſing. ꝫ 27. incip. Gloſ. eſt not.

827 Concludamus igitur, † quòd data validitate conditionis appo-
ſitæ nepti per teſtatorem de nubendo in Familia Zobolorum, non
tollitur propterea, quin ipſa conditio ſit dura, aſpera, oneroſa,
præiudicialis, damnoſa ipſi nepti: Non ſecus atq; dicitur de fidei-
commiſſo ipſi nepti iniuncto, quod validum eſt quidem: ſed ta-
men oneroſum, & odioſum eſſe cenſetur: vt ſupra dixi nu. 799.
828 Quo fit vt quemadmodum † ſecunda diſpoſitio teſtatoris, per quã
neptis liberatur ab onere fideicommiſſi, quo in prima ipſius Aui
diſpoſitione grauata reperitur, tanquàm ipſi nepti fauorabilior
præualere debet: vt reſpondit in terminis Soc. Iun. d. conſ. 127. nu.
829 11. lib. j. Pari ratione † ſecundum Aui teſtamentum, per quod
neptis vindicatur à ſeruitute nubendi in Familia Zobolorum, qua
per primũ ipſius Aui teſtamentũ obſtringitur, veluti fauorabilius
830 ipſi nepti obtinere debet. Quod & multòmagis † reſpondendum
eſt ſi animaduertatur neptem ipſam per ſecundam Aui diſpoſitio-
nem ſimul, & ſemel liberari ab onere fideicommiſſi, & reſtitui ad
libertatem nubendi: quibus duobus vinculis arctius deuincitur,
detinetur, comprimitur per primam ipſius Aui diſpoſitionem:
831 iux. illud † Duo vincula magis ſtringunt, quàm vnum. Auth. Itaq;
C. commu. de ſucceſ. c. j. de treu. & pace. l. 4. in fin. ff. de libera. legat.
l. re coniuncti. vbi poſt Raphaël. Cuman. not. Iaſ. & Reg. exornat
in vlt. not. nu. 17. 18. 19. de leg. 3. & ex ipſa Reg. hoc modo arguit
Barbat. conſ. 2. nu. 21. lib. 3. Dec. conſ. 619. nu. 7. Soc. Iun. conſ. 60
nu. 30. lib. 3. Bertrand. conſ. 193. nu. 84. vol. 5. Neuiza. conſ. 9. nu.
25. & conſ. 19. nu. 17. Roland. à Val. conſ. 89. nu. 43. lib. j. Chaſſe.
conſ. 9. nu. 2. & in Conſuet. Burgund. Rub. 7. §. 11. verſ. Modò
quæritur. Staphil. in Tract. de gratijs, & expect. §. videndum. nu. 4.
832 Bonus de Curtil. in Tract. de nobil. par. 3. nu. 31. Si etenim † ſe-
cundum Aui teſtamentum ex eo cenſetur nepti fauorabilius, quia
per illud vno fideicommiſſi onere liberatur, quod illi per primum
teſtamentum imponitur: quantòmagis illud ipſum fauorabilius
nepti dicendum eſt, poſtquàm ipſam neptem ab altero etiam one-
re nubendi in Familia Zobolorum liberam reddit, ac ſecuram?
833 Nam graue † eſt quidem quod quis vno onere prematur: At mul-
834 tò grauius † quòd duplici onere ſuffocetur. l. nauis. §. cum autem.
&. §. quid ergo. ff. ad l. Rhod. de iactu. l. cogi. §. indè quæritur. ff. ad
trebel. cum concor. de quibus Tiraquel. in Tract. Retract. tit. j. §. j.
Gloſ. 18. nu. 9. Nam & alioquin, &c. Barbat. conſ. j. ſub nu. 5. lib. 3.

Bertrand

Bertrand. conſ.463. vol.4. Aymon Crauet. conſ.201. nu. 23.& Reſp.j. pro Genero nu. 436. Cephal. conſ.154.nu.9.Natt. conſ. 160.nu.34. & conſ. 447. nu.14. & ſeq.

835 Et certè ſi vel hæc ſola fauoris ratio diligenter† perpendatur,& animo reuoluatur, neminem eſſe arbitror virum prudentem, ac rectè ſentiẽtem, qui non aſſerat ſecundum D.Celſi teſtamentum cedere ad maiorem neptis vtilitatem, quàm primum. Cùm Præſer-
836 tim † neptis ipſa ex hoc ſecundo teſtamento dotis nomine conſequutura ſit Aureos.1200.Et ex primo non niſi.1000.Atq; in hoc ipſo ſecundo teſtamento, vltra Aureos. 1200. teſtator eidem relinquat medietatem dotis maternæ,quæ dimidia aſcendit ad ſummam Aureorũ.1000.Ita vt computata dote materna cum prædictis Aureis.1200. neptis ipſa ſummam Aureorum.2200. ex ipſo ſecundo teſtamento dotis nomine ſit perceptura. Quod plurimũ
837 arbitror eſſe inſpiciendum † ad æqualitatem illam inter filiam, & neptem inducendam, quam D. Celſus in mente,& præ oculis habuit: cùm re uera hoc modo filia, & neptis ad æqualitatem ipſam reducantur. Nam cùm filia dotis nomine & ipſa Aureos.1200. conſequuta ſit: perſoluta ſimili dote nepti, & exoluto ære alieno, quod maximum eſt in hæreditate, reſtitutoq; fideicõmiſſo, quod ex teſtamento Excellentiſſ.I.C.D.Iulij Zoboli Patris D.Celſi debetur Clariſſ. I.C.D. Hieronimo fratri ipſius D.Celſi,quod ſupererit vix conficiet, vel parum tranſcendet ſummam Aureorum. 1000.
838 Adeò vt verè dici poſſit Bona † D. Celſi, deducto ære alieno,valere tantùm Aureos.1000. aut parum amplius, iux. tex. in .l. ſubſignatum. §.bona. ff. de verb. ſign.l.non poſſunt.ff. de iure fiſci.l. cum nõ ſolùm.§.ſin autem æs.C.de bonis, quæ liberis. ſuper quibus bonis ſic extenuatis,& exinanitis legatum etiam annuum Aureorum ſex Reuer. D. Liuiæ D. Celſi filiæ præſtandum eſt: Alimenta Magn.D. Annæ vxori teſtatoris, quoad vixerit ſunt elargienda: & alia ſunt peragenda, ac diuerſa onera ſuſtinenda, quæ
839 nomen † hæreditatis, quod nudum filiæ ſuperfuturum eſt, expoſtulat.iux. tex.in .l.cum plures.§. cum tutor. & in .l. ſeq.§. fin.ff.
840 de admi.tuto. Quòd ſi dicatur † Dotis maternæ habendam non eſſe conſiderationem ad æqualitatem hanc inducendam inter ne-
841 ptem, & filiam: cùm dos ipſa † Nurus non eſſet de ſubſtantia, & patrimonio teſtatoris. iux. tex.in.l. ſcimus. C.de inoffi.teſtamen.
842 Reſpõdeo† magis eſſe quòd filia poſſit inſtitui in dote materna ſola, ad hoc, vt præterita non dicatur à patre, & teſtamẽtum valeat:

X quàm

quàm quòd neptis partim inſtituatur in bonis Aui, quæ portio aſcendat ad legitimam: & partim in dote materna, ad æqualitatem inducendam inter filiam, & neptem, & ad ſuſtinendum ipſius Aui
843 teſtamētum. Quod ita quidem eſt euidens † vt nulla opus ſit probatione: prout de euidenti dixit Paul. Griland. in Tract. De quæ-
844 ſtionib. q. 3. nu. 13. Sed id, quod † magis eſt conceditur: vt poſt Iaſonem concludit Guliel. Benedic. in. c. Raynutius. in. ver. Alterrochæ filiæ vltra dotem. ſub. nu. 12. verſ. Nec obſtat. De teſtamen.
845 Ergo id quod † minus eſt, permiſſum eſſe cenſetur. l. in ſuis. in fin. ff. de. liber. & poſth. c. cui licet. de reg. iur. lib. 6.

Et quàmuis ex iſtis luce meridiana clarius appareat contrarium ex d. Auth. Hoc inter liberos. deductum, iam ſatis, ſuperq; fuiſſe
846 ſublatum, ita vt quicquid ſuperaddatur totum ſit ſuperfluum † cōtra Reg. tex. in. §. quibus. in. j. Conſt. Cod. Nihilominus vt huberrimè ſatisfaciamus, & ſuperatis omnibus difficultatibus, rem ipſam veluti oculis corporeis conſpiciendam, manibuſq; attrectan-
847 dam ſubijciamus: Qua ratione † ſuperfluitas tolleratur. l. j. §. ſciēdum. verſ. ego puto. ff. de ædil. edic. l. quæ dubitationis. vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. tradit Alba conſ. 11. nu. 29. & cōſ. 27. nu. 7. 8. 9. Tiraquel. in Tract. Retract. tit. j. §. 21. Gloſ. vnica. nu. 5. 6. 7. vbi plura congerit ad eorum defenſionem, qui ſuperfluenter loqui
848 videntur: Placet ſupradictis addere, Quòd teſtamentum † patris inter liberos, quale eſt hoc ſecundum D. Celſi, de quo agitur, non ſolùm cenſetur habere clauſ. derogatoriam ad ſequentia teſtamen-
849 ta: Sed etiam ad præcedentia: etiam † inter liberos condita: qui-
850 nimmò †. & ipſis liberis fauorabiliora: & adhuc clauſ. derogato-
851 riam † ad ſequentia teſtamenta expreſsè habentia: maximè †
852 quando ex aliquibus coniecturis, & veriſimilitudinibus præſumi-
853 tur teſtatorem pœnituiſſe prioris teſtamenti: puta ex ſuperueniē-
854 tibus inimicitijs † inter ipſum teſtatorem, & ſcriptos hæredes: vel
855 ex morte † alicuius ex inſtitutis: vel ex alia cauſa † Prudentiſſimi
856 Iudicis arbitrio relicta. Magna quidem † & admiranda videntur
857 hæc omnia, quæ vno ſpiritu expreſſimus: ſed tamen vera ſunt, & à Doctoribus * frequentiſſimis calculis recepta: vt latè tradit, & atteſtatur Soc. Iun. conſ. 124. nu. 31. 32. 33. & nu. 51. verſ. Sed vlterius. vſq; ad nu. 57. lib. j. & latè etiam hæc omnia vera eſſe, & à Doctoribus * ſuffragijs omnibus comprobata probat, & aſſeuerat Didac. Couar. in Rub. de teſta. par. 2. ſub. nu. 19. verſ. Quintò ex præmiſſis. vſq; ad verſ. Septimò eadem ratione. Apud quos innumeri

meri Doctores hæc omnia tradentes videri poſſunt, quos breuita-
tis cauſa prætermitto. Satis autẽ ſit nos indicaſſe; quòd hæc omnia
ſecundum veriſſimas, & receptiſſimas Doctorum concluſiones
procedunt: vt ex inſpectione ipſius Soc.Iun. & Didac. Couar.li-
858 quidò conſtat. Hoc enim commodum † ex allegatione Moder-
norum paratur, quòd pleriq; alij Doctores ab eiſdem relati ſimul,
& ſemel in medium deducuntur: & quæ ipſi laboribus maximis,
& præſtanti ingenio ex omnimoda lectione, diligentiſſimaq; ob-
ſeruatione collegerunt, & compoſuerunt, quis vno intuitu eis om-
nibus perfruatur. iux.tradita per Hiernony.Zanch,in.§.cum ita.l.
hæredes mei.nu.3.ff.ad trebel. Ex quibus iam, velo leuato, perſpi-
cuum omnibus eſſe poteſt, quòd contrarium ex d. Auth.Hoc inter
liberos, elicitum, radicitus euulſum procidit. Quia ſecundum
859 D.Celſi teſtamentum † inter liberos cenſetur habere clauſ. dero-
* gatoriam ad omnia teſtamenta præcedentia (quod * indubitatum
eſſe dixit Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. progreſ.§ 30.ſub nu
45.) etiam inter liberos condita: & ipſis liberis fauorabiliora: &
clauſ.derogatoriam ad ſequentia teſtamenta expreſsè habentia:
860 quorum tamen nullum in caſu noſtro concurrit: Cùm † nec primũ
teſtamentum D. Celſi ſit inter liberos: vt ſupra probaui nu.729.
861 vſq; ad nu.748. Nec † dato quòd eſſet inter liberos, ſit hoc ſecun
do liberis fauorabilius: vt pariter ſupra probaui nu.751. vſq; ad
862 nu.846. Nec † habeat expreſſam clauſ. derogatoriam ad ſequen-
tia teſtamenta: ſed tantummodo ad teſtamenta vſq; ad illam diem
facta: vt ex ipſius inſpectione perſpicitur: prout in ſimili dixit ca-
ſu Alciat.Reſp.570.ſub nu.3.verſ.præterea in caſu noſtro. vbi lo-
863 quitur de hac ipſa clauſ.derogatoria. Quod † & in dubio præſu-
mitur: vt inquit Apoſtil. ad Alex. conſ. 163. ſub nu.5. lib.7. vbi
iure optimo reprehendit ipſum Alex. minus rectè loquentem.
864 Maximè † ſi aliquod teſtamentum præceſſerit: prout ante illud te-
ſtamentum D. Celſi factum Anno 1558. aliud præceſſerat ab eo-
dem conditum Anno 1543. vt ipſum Alex. d. conſ. 163. decla-
rans tradit Soc. Iun. d. conſ. 124. nu. 29. lib. j. Quod præſertim
865 † in caſu noſtro dicendum eſt (vt ſingula ſuperius dicta applice-
mus) quia veriſimiliter iam pœnituerat D. Celſum prioris teſta-
menti ob ſuperuenientes inimicitias inter Equitem Carolum Zo-
bolum vniuerſaliter nepti ſubſtitutum, & ipſum teſtatorem, &
866 quidem culpa † ipſius Equitis: quod plurimum operatur ad præ-
ſumẽdam teſtatoris voluntatem mutatam; ex his, quæ tradit Bar.

in .l. cum tabulis. §. j. ff. de his quib. vt indig. Roma. ſing. 199. Tu
* habes quòd propter inimicitias. Grãma. Voto. 30. nu. 19. Quàm-
867 uis* crebrior ſit † Doct. ſentẽtia, quòd id quoq; locum ſibi vẽdicet,
ſi culpa teſtatoris inimicitiæ ſuperuenerint: quia tunc etiam volun-
tas ipſius teſtatoris mutata cenſeatur: vt tradit Apoſtil. ad Roma.
d. ſin. 199. & Didac. Couar. in d. Rub. De teſtamen. par. 2. ſub. nu.
19. verſ. Quinto, ex præmiſſis. quicquid dixerit Catel. Cotta à Di
868 daco relatus, ac reprobatus. Quam Equitis Caroli culpam † ſilen-
tio inuoluimus, vt honori eius nos ipſis magis conſulamus illam
ſubticendo, quàm ipſe conſuluerit illam ipſam committendo. Sa-
tis eſt enim ad cauſæ, quam agimus, defenſionem, & cui tantùm
869 incumbimus, quòd teſtator ipſe † manu propria illam in libro ra-
tionum, & rerum ſuarum memorialium, qui productus fuit in iudi-
cio ad informandam integerrimi D. Iudicis rectiſſimam men-
tem, veluti rem memorabilem, ſpecialiq; nota dignam apertè, &
ſignanter conſcriptã reliquerit: ne fortè eam diſſimulaſſe, negle-
870 xiſſe, & parui feciſſe videretur. Ea enim † quæ notabiliter fiunt, niſi
ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta. inquit. I. C. propriè
loquens de iniuria in .l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. Et
ibi gloſ. in ver. notentur. declarando dicit. id eſt. ſpecialibus ver-
bis notentur ad vindictam imponendam: Prout fecit D. Celſus. tra
dit Ancha. conſ. 186. pro parte Eccleſiæ. ad med. verſ. ſecundò
871 principaliter. Qui quidem liber perfectiſſimè † probat voluntatem
ipſius teſtatoris in Equitem Carolum mutatam, & illius animum
etiam, atq; etiam illi iratum ob cauſam ibi expreſſam, tanquàm
quid merè dependens à voluntate, & animo ipſius teſtatoris ſcri-
bentis. l. Neſſennius. vbi not. Bar. nu. 4. ff. de neg. geſ. tradit ipſe
Bar. in. l. nuda ratio. nu. 7. ff. de dona. & in Auth. At ſi contractus.
nu. 9. C. de fide inſtru. & in .l. ſi patruus. nu. 6. C. commu. vtriuſq;
indi. & in .l. admonendi nu. 26. ff. de iureiur. poſt alioſq; Iaſ. ibi in
Repet. nu. 107. Cacialup. nu. 71. & Rip. nu. 122. qui atteſtatur
* de* communi oppinione. Ant de But. in. c. 2. col. 5. verſ. primus.
& ibi Abb. col. 5. verſ. venio ad tertium. Vbi inquit * omnes ita
tenere. & Feli. ſub nu. 23. verſ. Fallit primò. & Dec. ſub. nu. 17.
de fide inſtru. Grat. Reſp. 118. nu. 13. lib. I. vbi dicit hãc eſſe* com
munem Doctorum ſentẽtiam. Gab. Saray. in Annot. Ad Matheſ.
ſin. 78. Nota doctrinam mirabilem, quam à nemine vidi tactam.
872 ſub nu. 3. Sed & ipſam † Equitis Caroli culpam teſtator ipſe per
Epiſtolam ad Conſanguineum ſuum in Romana Curia agentem.
propria

propria mauu ſcriptam, quæ pariter fuit producta in iudicio ad puriſſimam mentem Preſtantiſſimi D. Iudicis informandam, ita expreſſit, ac declarauit, & ita ſe affectum ex illa teſtatus eſt, vt nō minus mutatio voluntatis ipſius teſtatoris in Equitē Carolum, quàm ipſa cauſa mutationis apertiſſimè ex epiſtola ipſa deprehen
873 datur. Quæ quidem non minus perfectè probat † ipſam mutationem voluntatis à teſtatore factam in Equitem Carolum, eiuſq; iuſtiſſimam animi indignationem ob ipſam offenſam ad animum ſuum reuocatam ob enarratam in dicta Epiſtola cauſam, quàm faciat liber ipſe rationum, & rerum memoralium, qui perfectiſſi-
* mè, vt diximus nu. 871. ſecundum * receptiſſimam Doctorum
874 ſententiam, probat: tanquàm quid ſimpliciter depēdens † à mera voluntate, & libero animo ipſius teſtatoris epiſtolam ſcribentis, & mittentis ad conſanguineum .l. Lucius. & .l. publia. §. fin. ff. depo. l. ea quæ à marito. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi aliquid per epiſtolam. C. de donat l. ſi literas C. manda. l. 2. ff. de pact. l. cū qui. §. iulianus quoq; .l. quidam ad creditorē. ff. de conſt. pecun. l. & in epiſtola. C. de fideicom. l. j. C. de Codicil. l. miles ad ſororem. & l. cum pater. §. donationis. de leg. 2. l. mulierem abſenti. ff. de ritu nupt. l. Attilius Regulus. & .l. fin. in princ. ff. de donat. l. j. C. de contrah. & commit. ſtipul. l. alimenta. §. libertis. ff. de alimen. & cibar. legat. l. ſolent. §. fin. ff. de offi. proconſ. & legat. l. 3. §. j. ff. de teſtib. c. ſcripſit nobis. 27. q. 2. Quibus omnibus, & alijs propè infinitis legibus, quæ cumulari poſſent, clariſſimè perſpicitur ſcribentis voluntatem per epiſtolam declarari, aper-
875 tamq; reddi. Probat hoc etiam optimè † doctrina Bar. in. l. non epiſtolis. nu. 1. & nu. 4. C. de probat. vbi dixit verba ſiuè diſpoſitiua, ſiuè enunciatiua in epiſtola expreſſa, & exarata efficere vt ipſa epiſtola probet, quando illa emanarunt ſuper eo, quod ſcribens per epiſtolam facere potuiſſet. Et cum Bartolo concinit Alber. in d. l. non epiſtolis. ſub nu. 1. & Bal. ibi ſub nu. 2. verſ. Primo caſu. & verſ. ſecundo caſu. & ibidem Angel. verſ. vltimò dic. Felin. in d. c. 2. nu. 20. de fide inſtru. Soc. Iun. conſ. 29. nu. 1. 2. 3. 4. 5. vbi
876 de matrimonio † per literas contracto. & conſ. 162. nu. 3. & ſub nu. 15. & nu. 51. lib. 2. vbi de mutatione voluntatis alicuius proba-
877 ta † per literas ad amicum eius agentem in Romana Curia miſsas, prout in caſu noſtro contigit. Cephal. d. conſ. 272. nu. 88. 89. 90. vſq; ad nu. 104. vbi etiam, quòd ipſa voluntas in literis expreſsa
878 non cenſetur † mutata ex interuallo temporis. Qua de re ſupra diximus

ximus nu. 530. Cui autem dubium eſt (vt ad Bartoli doctrinam reuertamur) quòd teſtatori noſtro licuit per epiſtolam declarare
879 † quàm malè ſentiret de Equite Carolo, quàm iniquè ab eo ſe tractatum fore reputaret, quàm tenaciter offenſam, de qua in ipſa
880 epiſtola, ad animum ſuum reuocaſset? Iam enim habemus † Soc. Iun. d. conſ. 162. nu. 3. & ſub nu. 15. & nu. 31. lib. 2. in ſpecie dicentem voluntatis mutationem per epiſtolam declarari poſſe. Conferunt omnia iura, quæ ſupra nu. 874. congeſta ſunt, ex quibus voluntatem ſcribentis per epiſtolam declarari, & apertam
881 reddi probauimus. Conferunt etiam † quæ de ſcribente literas ad bannitum (ſtatuto puniente alloquentem ipſum bannitum) tradunt ſcribenies in l. j. ff. de verb. oblig. Quatenus magis frequentibus calculis concludunt ſcribentem literas non ſecus incidere in pœnā ſtatuti, ex rationis identitate, ac faciat alloquens: vt poſt Roman. Aret. Soc. Iaſ. & quoſdam alios ibi relatos, tradit Rip. in d. l. j. nu. 58. & nouiſſimè Soc. Iun. ibidem nu. 52. vſq; ad nu. 69. vbi ſæ-
* pius hanc partem dicit eſſe * communem. Et quid mirum, obſecro, quòd ex epiſtola per teſtatorem noſtrum ad Conſanguineū ſcripta mutatio voluntatis eius in Equitem Carolum probetur,
882 cùm etiam ex actu nullo, & inuallido † voluntas ipſa teſtatoris declaretur? l. fin. ff. de rebus eorum, & c. l. in teſtamento. vbi pulchrè Bar. ff. de fideicom. libert. tradit Dec. conſ. 407. in fin. Iaſ. cōſ. 227. col. 10. verſ. Decimoſexto. lib. 2. Alba conſ. 4. nu. 41. & conſ. 110. nu. 7. Soc. Iun. conſ. 8. nu. 31. lib. 2. & conſ. 122. nu. 15. lib. 3. & conſ. 49. nu. 15. 16. lib. 4. Aymon Crauet. conſ. 113. ſub nu. 6.
883 cum multis concor. ibi relatis. Vbi quòd etiam † declaratur voluntas teſtatoris ex actu reuocato, puta ex teſtamento. Et quòd voluntas teſtatoris declaretur ex priuata ſcriptura, puta ex epiſtola
884 † tradit ipſe Aymon Crauet. conſ. 202. ſub nu. 46. quatenus ibi ad hoc inter alia allegat tex. in l. alimenta. §. 1. ff. de alimen. & cib.
885 leg. qui loquitur in epiſtola. Ex quibus manifeſtè patet † quòd ex memorata teſtatoris epiſtola ad Conſanguineum ſcripta perfectiſſimè probatur mutatio voluntatis eius in Equitem Carolū, non ſecus, ac ſi ipſum D. Celſum exaudiremus viua voce ſe conquerentem, atq; de offenſa ab ipſo Equite Carolo ſibi factam cōcionantem, ipſam voluntatis mutationem deprehenderemus. Hoc enim epiſtola ipſa operatur: & ad hoc tendunt omnia ſupradicta. Preſertim iunctis his, quæ de annotatione facta per ipſum teſtatorem in Libro rationum, & rerum ſuarum memoralium ſu-

pra

886 pradiximus nu. 869. 870. 871. De cuius quidem Libri, † & Epiſtolæ plena, & integra fide non eſt dubitandum, poſtquàm vnius, & alterius probatio per legitimam literarum comparationem, quæ ſufficit, facta fuit: vt de libro, & epiſtola tradit Bar. in d. l. nu da ratio. nu. 9. & 10. ff. de donat. Ant. de Butr. in d. c. 2. col. 5. verſ. Secũdus caſus. & verſ. Ad tertiũ genus. de fide inſtru. & ibi Felin. nu. 19. 20. cũ plurib. ſeq. & Dec. nu. 16. 17. cum plur. ſeq. vbi atte-
* ſtatur de * communi opinione. Bar. in d. l. admonendi. nu. 29. 30 ff. de iureiur. & poſt alios ibi Rip. nu. 131. 132. 133. cum plurib. ſeq. vbi dicit Bartoli ſententiam in * practica ſeruari. Didac. Couar. Pract. Quæſt. cap. 22. nu. 7. & 8. vbi pariter atteſtatur Bartoli ſententiam & quo ad librum, & quo ad epiſtolam * communiter eſſe receptam. Doctiſſ. ac diſertiſſ. I. C. D. Iac. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. in caſu 114. nu. 23. 24. licet, quòd pertinet ad epiſtolam, à dicta receptiori Doctorum ſententia diſcedere videatur. Quare † vt tandem ad præcipuum, ac principa-
887 le propoſitum noſtrum reuertamur, cuius gratia hæc omnia inteximus, ſatis clarè, & apertè vel ex hac ſola coniectura, & veriſimilitudine deducta ex inimicitijs ſuperuenientibus inter D. Celſum, & Equitem Carolum, & quidem ipſius Equitis culpa, quæ Prudentiſſimi, & Circunſpectiſſimi D. Iudicis animum monere debet, perſpicitur teſtatorem ipſum pœnituiſſe prioris teſtamẽti, in quo Eques Carolus honorabatur, & iuſtiſſima ratione alterum teſtamentum condidiſſe, per quod omnis præcluderetur via ipſi Equiti ad eius hæreditatem obtinendam, qua illum eſſe indignum iudicauit ob offenſam ab ipſo Equite ſibi factã, quam continuè animo infixam gerebat: iux. illud Virg. Aene. lib. j.

*Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores*
*Exciderant animo: manet alta mente repoſtum*
*Iudicium Paridis, &c.*

888 Qua conſideratione tollitur † obiectum ex d. Auth. Hoc inter liberos. deductum. iux. ea, quæ ſupra dixi nu. 853. & 854. cum ſeq. & nu. 865. & 866. cum ſeq.

889 Sed & alia conſideratione † & quidem concludentiſſima dicendum eſt teſtatorem noſtrum pœnituiſſe, & meritò præcedentis teſtamenti, & conſequenter contrarium de d. Auth. hoc inter liberos. prorſus obtundi. Nempè, quia D. Proſper Zobolus ipſius teſtatoris frater primo loco hæres ſcriptus in primo teſtamento & cui eius filij maſculi erant ſubſtituti, iam diem ſuum obierat nullo

nulloprorſus relicto filio. Quem tamen vxorem habentem credebat veriſimiliter filios ſuſcepturũ, & honorem, hac dignitatem familiæ ſuæ conſeruaturum eſſe. Talis enim elicitur teſtatoris in-
890 tentio † ob maſculos, & quidem tranſuerſales vocatos, & fœminis à ſeipſo etiam deſcẽdentibus prælatos: vt tradit Ioan. Andre. in Addi.Spec. in Rub. De ſucceſ.ab inteſt.verſ.Et ſciendum quòd Iacob. Alex.conſ. 197. nu. 10.lib.6. Corn.conſ.224.nu.8.lib.2. Dec. conſ.371. ſub nu.6. verſ. ſexto, & vltimo. Curt. Sen. conſ. 51.in.j. quæſt.Curt.Iun.conſ. 111.nu.10.11.& cõſ.172.nu.6.7. Soc.Sen.conſ.12.in.j. Artic.lib. 3. Grat.Reſp.89.nu. 1.lib.2.Soc. Iun.con. 119.nu.32.cum trib.ſeq. nu. lib.j. & conſ.65.nu.62.lib. 2. Aymon Crauet. conſ. 113.nu.2. & conſ. 130.nu.9. Alba conſ. 87.nu.14.Cephal.conſ.251.nu.49. Natt. conſ. 128.nu. 2. Pro-
891 pter quam † rationem in ſpecie huic noſtræ ſimillima reſpondit Barba conſ.2.nu.4.5. lib.j. ob mortem fratris teſtatoris primo loco ſcripti hæredis vniuerſalis, cenſeri mutatam fuiſſe ipſius teſtatoris voluntatem, quãmuis in eodem teſtamento filia ipſius teſtatoris aliqua ex parte eſſet inſtituta: adeò vt per ſecundum teſtamẽtum poſtea factum, in quo nepotes ex dicto fratre ſcripti ſint hæredes, primum tacite reuocatum cenſeatur abſq; aliqua clauſ. derogatoria. Quod etiam ſequutus Barbatiæ ſententiam expendit in caſu ſuo Soc. Iun. d. conſ. 124. ſub nu. 54. verſ. hoc etiam ita deducitur. & nu. 55.56. lib.j. De quo ſuo conſ. meminit ipſe Soc. in.l.ſi quis in principio teſtamenti. ſub nu.30. de lega. 3. vbi fir-
892 mat hanc ipſam opinionem, quam, reprobato † Decio conſ. 582. qui nulla rationis huius facta mentione, contrarium conſuluerat, tenuit in d.conſ. 124. lib.j.
893 Nec obſtat quòd alter teſtatoris frater † & ipſe primo loco hæres ſcriptus in primo teſtamento, nempè Clariſſ. I. C. D. Hieronymus Zobolus, adhuc viuat. Quia (vt prætercam ſupraſcriptam
894 concluſionem † locum ſibi etiam vendicare, quando ex pluribus inſtitutis hæredibus in primo teſtamento vnus tantum mortuus eſt: vt reſpondit Soc.Sen.conſ.2. col.3. verſ.primo ex eo. lib. 3.) Reſpondeo ipſum quoq; D.Hieronymum habitũ fuiſſe pro mor-
895 tuo à teſtatore ipſo † quo ad poſteritatis propagationem: poſtquàm teſtator ipſe eundem & cælibem, & caſtiſſimam, & ſanctiſſimam vitam agentem audiuit ex profeſſo dicentem ſe nunquàm vxorem ducturum, quãmuis ad eam ducendam ſæpè, ac ſæpius ab ipſo teſtatore, ab affinibus, ab amicis cohortatus, & rogatus ille:
fuerit

fuerit: & ipſum in hoc firmo, ac deliberato vxoris non ducendæ propoſito conſtantiſſimè per multos annos vſq; ad ſenilem ætatē
896 perſeuerare vidit, atq; perſpexit. Sic etenim † D. Hieronymus, qui & ipſe vnà cum D. Proſpero fratre hæres ſcriptus fuerat à D. Celſo in primo teſtamento: & cuius filij maſculi eadem ratione honoris, ac dignitatis familiæ conſeruandæ, qua diximus de D. Proſpero, ac filijs eius, ſubſtituti erant: reputatus fuit pro mortuo ab ipſo teſtatore reſpectu ipſorum filiorum, quorum ſuſcipien dorum ſpem omnem ipſi teſtatori ademit. Nam reuera ipſe D.
897 Hieronymus Mundo mortuus eſt † Deo autē viuit. vt inquit tex.
898 in.c.placuit.2.16.q.j. Quæ mors † ſecularis appellatur ab Archid. in c. placuit.2.q.7. vbi multas mortis ſpecies recenſuit. Et hanc
899 † bonam, & meritoriam mortem dixit Bal. in l.j.ff. de teſtamen. inter multas mortis ſpecies ab eo ibi relatas. Atq; ita hæc mors
900 † quaſi ciuilis per interpretationem æquiparatur morti naturali, cùm per omnia repræſentet idem in effectu in D.Hieronymo quo ad id, de quo quæritur, videlicet, quo ad filiorum ſuſceptionem, & familiæ conſeruationē: quod repræſentat in D.Proſpero mors naturalis: vt tradit Bar.in.l.j. ante nu.7. ff. de teſtamen. Bal. in. l. Deo nobis.nu.8.C.de Epiſc. & Cleri. Abb.in.c.cū ſis.de conuerſ. coniug. Feli.poſt Ant.de But.& Imol.in.c.licet.ſub nu.3.verſ.ſed more noſtro.& nu.4.de offi.deleg. Alex.in.l.gallus.§.& quid ſi tan tū.in.j.not.ſub nu.2.ff.de liber.& poſth.& cōſ.13.nu.1.2.3.lib.3. Barb.cōſ.48.nu.6.lib.4.Bertran.conſ.187.nu.2.&cōſ.335.nu.2. 3.4.5.vol.3.par.j.& cōſ.315.nu.8.vol.4. Capra conſ.83.nu.1.2. 3.4. Ant. Rub.conſ. 155. ante nu.2. Rolan.à val.conſ.97.nu.41. 42.lib.2.Natt.conſ.282.nu.8. Ant.Corſet.ſing.in ver.Legitima.
* ante nu.5.Et hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam dixerunt Aret.in.l.ex ea parte.§. in inſulam. in princ.ff. de verb.oblig. Soc. Sen. conſ.92. ſub nu.1. & 2.lib.j. Crott.conſ.92.nu.7.8.9. Fortu.Garcia.in d.§.& quid ſi tantum.nu.62. Lancel.Caliau. ſub nu.10.verſ.breuiter.Ioan.Crott.nu.14.15.cum ſeq. Carol.Ruin.
901 nu.2.& ſeq. Soc.Iun.ſub nu.13.14. Qui hanc ipſam † declarando communem opinionem Doctorum, addit hoc eſſe verum quando mens diſponentis, & ratio diſpoſitionis ita militat in morte ciuili, quemadmodum & in naturali, aliàs ſecus: vt ipſe exemplis ibi de-
902 clarat ſub nu.16.& 17. Quicquid dixerit † Chaſſenæ.in Conſuet. Burgund.in tit. *Des Droictz, & appar. à gens mariez*. Rub.4.§.6. *Femme mariee*. in Tex.ibi. *Eſt doubee*. verſ.Sed quia hic dicitur.cū

Y verſ.

verſ. ſeq. per totum illum tex. vbi relatis pluribus hac in re opinionibus, ipſe ſuo arbitratu materiam iſtam intelligit: prout etiam
903 † Repetentes d. §. & quid ſit tantum. vt Garcia. Galiaul. Salamon. Perrot. Crott. Ruin. vario modo concluſionem hanc ingenij, vt puto, oſtendendi gratia explicare profeſſi fuerunt. Veruntamen ſatis, ſuperq; conſtat ex recitatis Doctoribus proximè ſupra nu. 900. & ex alijs multis per eos deductis in illis ipſis locis, prædictã
* eſſe * veriſſimam, & receptiſſimam Doctorum ſententiam. Quic-
904 quid etiam dixerit † aberrans Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ.
905 creat. §. 21. ſub nu. 172. verſ. eſt tamen verum. Cùm igitur † & mens teſtatoris noſtri, & ratio diſpoſitionis eius ita militet in morte quaſi ciuili D. Hieronymi, ſicuti & in morte naturali D. Proſperi: quià, ſcilicet, non ſecus habuit ipſe teſtator hunc pro mortuo ſinè filijs, atq; illum habuerit: iux. ea, quæ ſupra diximus nu. 889. cum ſeq. & nu. 893. cum ſeq. ſequitur ambigendum non eſſe D. Celſum meritò prioris teſtamenti, iuſtiſſimis ex cauſis æquiſſimũ arbitrium Prudentiſſimi D. Iudicis moturis, pœnituiſſe, & ad alterum iuſtiſſimis rationibus per ſe quidem loquentibus, conficiẽ-
906 dum ſe contuliſſe, atq; illud perfeciſſe. Prudentis † enim Iudicis arbitrio relinquitur: vt ſupra dixi ex communi Doctorum reſolutione nu. 856. & ſeq. quibus ex cauſis mutata cenſeatur voluntas teſtatoris: & clauſ. derogatoria ſubintelligatur. Quod etiam, ſe-
* cundum * communem omnium Doctorum in hac materia concluſiõnem, atteſtatur Paris. conſ. 34. nu. 57. lib. 2. Quod quidem Iu-
907 dicis arbitrium † vel ex ſolis coniecturis informari poteſt, cùm de
908 mutata † teſtatoris voluntate: & de clauſ. † derogatoria inducen-
909 da: etiam ad tollendum † præcedens teſtamentum inter liberos
910 factum: quod etiam habeat † expreſſam clauſ. derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, ſufficiat per coniecturas apparere: vt inquit
* Soc. Iun. conſ. 143. nu. 2. lib. 2. vbi atteſtatur* hoc non ſolùm eſſe de mente omnium Doctorum: ſed etiam eſſe dictum indubitatũ.
911 Quo fit vt cùm in caſu noſtro † non ſolùm duæ vrgentiſſimæ cõiecturæ: ſed etiam duæ certiſſimæ demonſtrationes militent de mutata teſtatoris voluntate, ac de clauſ. derogatoria ſubinducta: vt iam probauimus: minimè dubitandum ſit, quin Prudentiſſimi, & circumſpectiſſimi D. Iudicis arbitrium ad fauorem poſtre-
912 mi teſtamenti debeat eſſe propenſum. Cùm præſertim Iudex, † cuius arbitrio aliquid eſt commiſſum, debeat determinare adhibita diligenti inquiſitione, & ſecundum qualitatem negotij, & perſonarum

perſonarum, atq; ſecundum Regulas Iuris communis traditas à Doctoribus in ea materia, de qua agitur: & ſi aliter faciat, malè faciat, ita vt ab eius arbitrio liceat appellare: atq; ita intelligat arbitrium eius non eſſe liberum, ac ſolutum: ſed iuri, rationi, & æquitati aſtrictum, & alligatũ: vt tradit Bar. in Extrauag. Ad reprimendum. in ver. Videbitur. Grat. Reſp. 45. nu. 16. 17. 18. 19. 20. lib. 2. latè, & not. Benedict. Capra Concl. Reg. &c. vol. j. concl. &
* reg. 18. nu. 30. cum ſeq. vbi atteſtatur hoc * communiter teneri. Afflict. in c. I. nu. 7. vſq; ad nu. 25. vbi pulchrè de Iudicis arbitrio. Ex quib. cauſis feud. amitt. Felin. in c. ſuper his. nu. 14. de Accuſat. Dec. in c. ad hæc. 3. de appellat. Alba conſ. 69. nu. 5. & conſ. 95. nu. 2. Pulchrè Aymon Crauet. conſ. 190. nu. 5. vbi multa congerit. M. Ant. Blãc. in Tract. de indicijs ad. l. fi. ff. de quæſt. nu. 40. 41. 42. Lancil. Conrad. de offic. Præt. Rub. de negatione criminis, & tormentis. ſub nu. 16. cum concor. de quibus ibi per eum. Doctiſs. ac diſertiſs. I. C. D. Iac. Menoc. de Arbitr. Iudic. lib. I. q. 13. & q. 14. vbi latè. Conferunt optimè, quæ tradit Bal. in Diſput. incip. ſtatu-
913 to cauetur, quod fenerator, &c. Vbi dixit † illum cuius conſcientiæ aliquid committitur, non poſſe leges tranſgredi: quia intelligitur de conſcientia legibus munita, non de ea, quam quis ſibi fabricaret. Quod refert, & ex pluribus exornat Curt. in. l. admo-
914 nendi. nu. 381. 382. ff. de iureiur. Si ergo † Prudentiſſimus, Cordatiſſimuſq; D. Iudex animo ſuo reuoluat qualitatem negotij, de
915 quo agitur, atq; ſecum ipſe reputet tractari de ſuſtinenda † teſtatoris poſtrema voluntate ignorantia, ne dicam malitia Tabellionis penè oppreſſa, cui quantum Leges diuinæ, & humanæ faueant nemo eſt, qui neſciat, & nos infrà dicemus nu. 1052. vſq; ad nu. 1078. Præterea conſideret quomodo per hanc ipſam teſtatoris
916 vltimam voluntatem agatur de conſeruanda † hæreditate Patris vnicæ filiæ, ad quam & per rationem naturalem, & per vniuerſas Leges, & per votum paternum vocatur, vt omnibus eſt obuium: iux. tex. in. l. cùm ratio. ff. de bonis damnat. & in. l. ſcripto. in fin. ff.
917 vndè liberi. Vlterius perpendat Regulas Iuris communis † traditas per Doctores in hac ipſa, de qua agitur materia, Videlicet, Mutatam cenſeri teſtatoris voluntatem propter inimicitias ſuperuenientes inter teſtatorem, & hæredem, Item propter mortem alicuius ex inſtitutis hæredibus: Ex quibus duobus mutationem voluntatis ipſius teſtatoris noſtri iam ſatis, ſuperq; probauimus, cùm hæc duo ad caſum noſtrum ſigillatim applicata perſtrinximus nu.

 865. cum

865.cum plur.ſeq.& nu. 889. cum multis ſeq.ſi inquam D.Iudex
918 † pro ſingulari ſua prudentia, & æquanimitate hæc omnia animo ſuo reuoluat: proculdubio apertiſſimè perſpiciet arbitrium ſuum poſtremo teſtamento, cui nos innitimur, eſſe deuinctum, & mancipatum.

In quo quidem poſtremo teſtamento (vt hoc etiam addamus) cùm teſtator filiam vnicam ſibi chariſſimam inſtituerit hæredem,
919 Ardor † Liciti amoris paterni erga ipſam filiam operatur, vt perindè valeat ſecundum teſtamentum, de quo tractatur, ac ſi in eo eſſet expreſsè reuocata clauſ. derogatoria poſita in præcedenti teſtamento (quæ tamen clauſ. vt ſupra dixi nu. 862. reſpicit tantùm præterita, non ſequentia teſtamenta) adeò vt teſtator tam dilectam perſonam inſtituens, credatur voluiſſe, quòd omnino, & aliquo non obſtante, valeat illud ipſum poſtremo loco conditum teſtamentum: vt tradit Iaſ. in .l. ſancimus. col. 3. verſ. ſexto fallit. & verſ. ex hac fallentia .C. de teſtamen. Tiraquel. in Tract.
920 de pœnis, &c. cauſa. 22. nu. 28. Præſertim † concurrentibus prædictis coniecturis de mutatione voluntatis præcedentis: vt latè probat Soc. Iun. in .l. ſiquis in principio teſtamenti. nu. 26.
921 27.28. de leg. 3. (Quod admittit ſimpliciter † abſq; aliqua alia coniectura Didac. Couar. in Rub. De teſtamen. par. 2. ſub nu. 19. verſ. Octauò idem ius erit. ſequutus notab. Deciſionem Romani d. conſ. 179. col. pen. verſ. ſecundo dico quòd vltima, &c. quam ſingularem, & memoria dignam eſſe dixit Catel. Cott. in Memoral. in ver. Amor. in princ.) Quod (inquit Didacus) Iudex
922 prudenter arbitrabitur. Maximè † qui poſſit, ſola facti veritate inſpecta, iudicare: vt inquit Grammat. à Didaco citatus Deciſ. 62. nu. 27. cum ſeq. cùm vtiq; talis Iudex debeat ſecundum veritatē, iuſtitiam, & æquitatem naturalem iudicare, prout Deus Opt. Max. eſſet iudicaturus: & poſſit moueri ex probationibus, præſumptionibusq; perſuaſiuis, & veriſimilibus: vt latè tradit ipſe Grammat. ibi, & Aymon Crauet. in tract. de Antiq. temp. in. j. par. ſectione, Quartò limitatur. nu. 43. vbi pleroſq; deducit. Quemadmodum in caſu noſtro Prudentiſſimum, Solertiſſimumq; D. Iudicem iudicaturum eſſe credendum eſt: ſtantibus præſertim omnibus prædictis, ex quibus caſus noſter clariſſimus, & penè indubitabilis redditur.

Quibus accedat (nam & iſtud ſilentio prætereundum non eſſe putamus) quòd inter vnum, & alterum teſtamentum D. Celſi fluxit

923 xit tempus † Annorum nouem, & Menſium ſeptem. Primũ enim teſtamentum factum fuit Anno. 1559. die. 23. Decem. Alterum verò conditum fuit Anno. 1568. die 21. Iulij. Ex quo ſequitur,
924 quòd primum teſtamentum † quàmuis ſolenne, & perfectum fuit reuocatum per ſecundum etiam inutile, & imperfectum (vt ſine præiuditio veritatis ita loquar de hoc ſecundo teſtamento vtiliſſi-
925 mo, & in ſua ſpecie perfectiſſimo) quia ex eo temporis lapſu † obliuio præcedentis teſtamenti præſumitur: ita vt tẽpus ipſum concurrens cũ poſtrema hac voluntate contraria teſtatoris hanc ipſam reuocationem operetur. tex. eſt ſing. in d.l. Sancimus. vbi ſcribentes omnes not. C. de teſtamen. tradit Ruin. conſ. 6. nu. 2. 3. 4. & conſ. 10. nu. 9. 10. & conſ. 11. nu. 10. 11. vbi atteſtatur hanc eſ-
* ſe * communem Doctorum ſententiam. lib. 2. Paris. conſ. 34. nu. 47. & nu. 58. lib. 2. Guliel. Benedic. in .c. Raynutius. in ver. Teſtamentum. 2. nu. 8. vbi pariter dicit hanc eſſe * communem opinionem. quod etiam atteſtatur Iul. Clar. in .§. teſtamentum. q. 91. Ioan. Anto. Trigo. ſing. 63. ſub nu. 3. verſ. Adde quòd tex. in d.l. ſancimus. Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. creat. §. 17. nu.
926 73. 74. 75. Quod locum ſibi vendicat etiam † ſi in primo teſtamento clauſ. derogatoria fuerit appoſita: vt inquit Bal. Fulg. Pau. Caſ. in d.l. ſancimus. & ipſe Bal. conſ. 40. ſicut ſapientiſſimè conſultum. lib. 2. Tiraquel. in Tract. de Præſcrip. §. j. gloſ. 4. in fin. Fernand. Vaſqui. in Tract. de ſucceſ. reſolut. §. 1. ſub nu. 31. verſ. caſus quintus. Quicquid dixerint Aret. & Iaſ. in d.l. ſancimus. Nam
* hæc eſt * communis Doctorum ſententia: vt atteſtatur Alciat.
927 Reſp. 570. nu. 1. & 3. Et quàmuis tex. † in d.l. Sancimus loquatur de curſu decennij: ſimiliterq́; Doctores commemorati ſpacium
928 hoc temporis metiantur: Iudex tamen † arbitrari debet idem eſſe, ſi breuiuſculum tempus effluxerit: vt in caſu noſtro, in quo ad decennium integrum quinq; tantùm menſes deficiunt. Nam cùm
929 hoc ſit inductum propter † obliuionem præſumptam prioris teſtamenti: vt inquiunt ſcribentes in d.l. ſancimus. & in locis ſupra citatis nu. 925. 926. Et parum deficiat temporis ad de-
930 cennium perficiendum, Iudex debet † arbitrari idem de tempore paulò breuiori decennio, quod de ipſo decennio arbitraretur;
931 cùm arbitrari poſſit † obliuionem certam minori tempore, quàm decennij fuiſſe inductam: vt eſt gloſ. communiter approbata in.l. * furtum. §. fin. ff. de vſucap. prout ipſam gloſ. * communiter eſſe receptam dicit Alber. in.l. j. ſub nu. 16. C. de ſeruis fugit. Et licet

quo ad

932 quo ad amittendam poſſeſſionem † inter Doctores ſint opiniones: tamen quo ad cauſandum obliuionem memorata gloſ. cenſetur eſ-
* ſe * vera, & communis. Ita in terminis per has rationes reſpondit Soc. Sen. conſ. 2. col. 3. verſ. Præterea inter primum, & ſecundum teſtamentum. lib. 3. Ex cuius etiam declaratione liquet non obeſ-
933 ſe, † quod ſcriptum reliquit Tiraquel. in Tract. de præſcript. §. j. gloſ. 4. ad fin. verſ. Et quanquàm multi voluerunt. & verſ. ſeq. Sed multò plures. vbi inquit, quòd quanquàm multi voluerint relinqui arbitrio Iudicis quantum tempus exigatur, vt ex eo veriſimiliter inducatur, & præſumatur obliuio, & ita perdatur poſſeſſio: multò tamen plures hoc tempus ſpatio decem annorum circunſcribãt: vt, ſcilicet, ex eo veriſimiliter inducatur, & præſumatur obliuio, & amittatur poſſeſſio. Qua in re plurimis pro vtraq; parte congeſtis Doctoribus, ipſe tamen neutram partem elegit. Nã
934 ſecundum † Socinum in d. conſ. 2. col. 3. lib. 3. controuerſia, quæ eſt inter Doctores, vertitur quò ad amittendam poſſeſſionem (& in his terminis loquuntur Doctores ab ipſo Tiraquello relati) non autem quo ad cauſandam obliuionem; qua in re * conſentiunt
935 omnes Doctores † Iudicis arbitrium ſibi locum vendicare: vt at-
* teſtatur ipſe Socinus in præallegato loco: & hanc eſſe * magis communem opinionem dicit etiam Iaſ. in d. l. j. ante nu. 47. C. de ſeruis fugit. & ante eum Alber. ibi ſub nu. 16. & ipſam gloſ. in d. l. furtũ. §. fin. & Soc. in d. conſ. 2. col. 3. lib. 3. ſequitur Aymon Cra-
936 uet. conſ. 28. ſub nu. 4. vbi ſubdit † obliuionem præſumi etiã poſt annum, teſte Oldrad. conſ. 183. Factum tale eſt, vacante Eccleſia
937 col. 12. verſ. & ſi qui dicerent. Sed re vera in hoc certa † dari nõ poteſt doctrina, vt inquit Angel. in d. l. furtum. §. fin. ff. de vſucap.
938 qui approbando gloſ. dicit Iudicantis † arbitrio rem committi:
* prout & * magis communiter voluerunt Doctores: vt iam diximus nu. 935. quod & nouiſſimè * teſtatur Doctiſſ. ac diſertiſſ. I. C. D. Iac. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. centur. I. in caſu 26. Sic etiã
939 videmus tempus magnum, † vel paruum illud dici, quod Iudex fuerit arbitratus: vt inquit Guid. Pap. Deciſ. 132. nu. 2. 3. vbi cõcor. tradit: Sed multò plures congerit Tiraquel. in. l. ſi vnquàm. in ver. Omnia, vel partem aliquam nu. 31. quin & aliàs quoq;. verſ. Quod tempus ſit magnum. C. de reuoc. donat. vbi à nu. 28. in huius autem. vſq; ad nu. 33. igitur vt redeamus. Plurimos cumulat caſus, in quibus quid relinquitur Iudicis arbitrio: Pro principali verò deciſione Socini, quam ſupra deduximus ſub nu. 932. Con-

fert

940 fert optimè Reg.l.pen.ff.de milit.teſta. † videlicet, Quod de proximo futurum eſt, id vtiq; pro iam exiſtente haberi. Quam pulcherrimis deciſionibus, & illis quidem recitatam Socini deciſionē non minimum adiuuantibus, cumulatiſſimè exornauit Tiraquel. de Legib. connub. in gloſ.2. *En pouuoir de ſon Mary*. nu.2. vſq; ad nu.18.& qua vtitur Ioan.Franc.Faræ in Tract.de eſſentia infantis, & prox.infan.&c.cap.5.nu.5. Atq; pro memorata principali deciſione Socini faciunt, quæ latè ſcripta reliquit Alber. Brun. in Tract. de Statutis exclu. fœmi. &c. Artic.9. q. 12. & vlt. & fuſius Ant.Corſet. in Tract.de Minimis. in I.par. ac Tiraquel. in Tract. de Iudic. in rebus exig. feren. in.I.par. Quibus in locis, infinita propè congerunt ad demonſtrandum Parua, ſeu modica non haberi in conſideratione.

Sed colligamus tandem vela, & remis in portum, quòd ad hanc rem pertinet, accurramus, ſubijcientes vnam Socini concluſionē, qua prædictæ conſiderationes veluti in faſciculum conſtringun-

941 tur. Illa eſt autem † Quòd ex quibuſcunq; coniecturis Iudici cōſtare poſſit teſtatorem voluiſſe ſecundum teſtamentum præualere, tollitur primum, licet ſecundum ſit quidem ſimpliciter factum, quia tota hæc materia eſt fundata in præſumpta mente teſtatoris. Hanc generalem cōcluſionem in hæc verba firmat ipſe Soc.in.l.ſi mihi, & tibi.§.fin.nu.15.de leg.j. Ex qua infert continuò ad nonnullas ex ijs concluſionibus, quas ad caſum noſtrum proximè ſupra applicauimus. Et ibi dicit hanc ipſam concluſionem eſſe ma-

* nifeſtè de intentione * omnium Doctorum. Quam ſingularem appellat Fernand.Vaſqui.in Tract.de ſucceſ.creat.§. 17, ante nu.

942 73 verſ. & ex hoc dixit ſingulariter Socinus. Si ergo † Integerrimus, ſapientiſſimusq; D. Iudex prænarratas, & applicatas omnes coniecturas in caſu noſtro perpenderit: equidem luce meridiana clarius perſpiciet D. Celſum voluiſſe ſecundum ſuum teſtamentū præualere: Remq; ipſam adeò claram, & expeditam eſſe, vt nihil aliud ſuperſit ad cauſæ victoriam, quàm quod cætera, quæ ſuperſunt, contraria confeſtim tollantur.

Non obſtat igitur quòd decimoquinto loco dicebā teſtamentum D.Celſi poſtremū non valere, quia ille dicti teſtamēti tempore mortuo ſimilis eſſet ob morbi acerbitatē. quia Reſpondeo nihil

943 obeſſe † quòd D. Celſus loqueretur ſubmiſſa, & debili voce, & cum labore, ac difficultate maxima propter vehementiam infirmitatis: vt ſolus deponit Notarius, Qui, vt arbitror, dedita opera

† non

944 † non interrogatus, & extra capitulum hoc dixit, vt excuſandus videatur, quare nõ confecerit inſtrumentum de diſpoſitione ipſius teſtatoris, prout rogatus fuerat, & ex munere ſuo tenebatur: exiſtimans fortaſſis perfectiſſimam ipſius teſtatoris voluntatem, ac diſpoſitionẽ his technis obſcurari, & ſubuerti poſſe: Poſtquàm
945 recto ſenſu † libero intellectu, & ſana mente, intelligibiliter, clarè, & articulatè ita teſtatus eſt, vt ab omnibus teſtibus integrè, perfectè, & optimè auditum, perceptumq́; ſit quicquid ab eo circa teſtamenti factionem fuit prolatum: prout omnium teſtium depoſitio in eundem rei geſtæ finem concordans præ ſe fert, oſtendit, & apertum reddit: vt latè ſupra deduximus nu. 101 vſq; ad nu. 147.
946 Lex igitur, de qua in contrario † nempè .l. iubemus .C. de teſta. militat in eo, qui intelligibiliter, & articulatè loqui non poteſt, ita
947 vt quid velit dicere non percipiatur: Nec locum ſibi vendicat † in illo, qui ob morbi acerbitatem, & mortis vicinitatem habet linguam groſſam, & balbutientem, & ſit ſemimortuus: cum vtiq; talis iure optimo teſtari poſſit: vt ad d.l. iubemus. ſic reſpondens ait Alex. conſ. 33. nu. 5. 6. 7. 8. lib. 3. & conſ. 105. nu. 7. lib. 7. Dec. conſ. 489. nu. 4. 5. & nu. 11. verſ. Quarto. & nu. 12. 13. Ruin. conſ. 12. nu. 8. 9. 10. lib. 2. Soc. Iun. d. conſ. 144. nu. 47. & nu. 51. lib. 2. & conſ. 32. nu. 4. lib. 4. Franciſ. Niconit. multos deducens in Rub. de teſtamen. nu. 128. 129. 130. Roma. cõſ. 306. nu. 5. vbi Apoſtil. inquit hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam. Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 39. ſub nu. 203. Latè Guliel. Benedic. in c. Raynutius. in ver. In extremis poſitus. de teſtamen.

Non obſtat etiam, quòd Decimoſexto loco dicebam ſecundum D. Celſi teſtamentum, tanquàm minus ſolenne, non prodeſſe D. Marthæ, quæ tum virtute Statuti Regienſis, tum ex pacto per eam facto de non ſuccedendo, non eſt ab inteſtato ſucceſſibilis.
948 Quia, vt præteream † D. Martham & ex ſtatuto, & ex pacto non eſſe ſimpliciter, & abſolutè excluſam à ſucceſſione inteſtati: ſed ſuſpenſiuè, & reſpectiuè tantùm: ideſt, donec maſculi ſuperſint,
949 & reſpectu ipſorum maſculorum: quo caſu ceſſante cauſa † excluſionis: videlicet, maſculis de medio ſublatis, ipſa ſuccedere non prohibeatur: ex his, quæ tradunt Doctores omnes in .l. pactum dotali .C. de colla. Alber. Brun. in Tract. de Statutis exclu. fœm. & c. Artic. 10. q. 5. nu. 66. vſq; ad nu. 79. vbi latè probat, & atteſtatur hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam. Alex. conſ. 29. nu.

9. lib

9.lib.3. Soc.Sen.conſ.227. ſub nu.5.verſ. ſed multipliciter poſſumus. & nu.6. lib.2, Soc. Iun.conſ.1.col.j. vbi plurimos congerit. lib.j.& conſ.104.nu.9.10.11.12.lib.2. Aymon Crauet.conſ.42. vbi pleroſq; citat. Cephal. conſ.251.nu.39.vbi & ipſe multos cumulat. Afflict.in.c.I.§.quinetiam.nu.10.11.Epiſcop.vel Abbat. &c. Tiraquel.in Tract.Ceſſante cauſa.in.j.par. in ver. exceptionis cauſa ceſſante. nu. 96. 97.98. & in ver. Renunciationis cauſa ceſſante.nu.232.vbi latè.Hierony.Zanch.in.§.cũ ita.l.hæredes mei.
950 nu.1167.ff.ad trebel. Nec mirum quidem, cùm omnis † diſpoſitio ſoleat interpretari, Rebus in eodem ſtatu permanentibus: vt dixit Soc.Iun.conſ.101.nu.9.lib.3. & Tiraquel. multa congerens in.l.ſi vnquàm.in præfat.nu.166.167.168.169.C.de reuo.donat.
951 Rerum autem mutato ſtatu, † & noua cauſa accedente, diſpoſitio ceſſare debeat: vt declarat Natt. conſ.525.nu.16.17.18.vt, inquam, hoc prætercam, quod tamen eneruat obiectum; Paucis
952 Reſpondeo, allegata † in ipſo contrario locum ſibi vendicare ab inteſtato. Sed condito teſtamento, quàmuis minus ſolenni, in quo filia ſit hæres inſtituta, non obeſſe illi, quòd aliàs vel per ſtatutum, vel per renunciationē etiam iuratam excluderetur: Hanc
* eſſe * receptiſſimam Doctorum ſententiam dixerunt Curt.Iun.in d.§.ex imperfecto.nu.25.Guliel. Benedict.in.c.Raynutius.in ver. Teſtamentum.j.nu.81. de teſtamen. Boër.Deciſ.241.nu.9. Iul. Clar.in.§.teſtamentum.q.11.verſ.Item quæro. Fernand.Vaſqui. in Tract.de ſucceſ.creat.§.21.nu.52. Cephal.conſ.99.in fin. Hierony.Zanch.in.§.cum ita.l.hæredes mei.nu.1196.ff.ad trebel.

NON obſtat quoq;, quòd Decimoſeptimo loco dicebam Teſtes receptos ſuper vltimo D.Celſi teſtamento non probare, quia vnus eorum deponat plus, & alter minus. quia Reſpondeo dictũ,
953 † Baldi in.l.cum antiquitas.C.de teſtamen.in oppoſitum allegatũ procedere, quando vnus ex teſtibus dicit plus fuiſſe diſpoſitum, & alter minus: tunc enim non probant etiam illud minus, in quo conueniunt: quia qui minus dicit non cenſetur interfuiſſe toti teſtamento, ex quo totum neſcit. Et in his terminis etiam loquũtur Doctores, qui Baldi partes ſequuntur: vt Anchar. Roman. Capra, Alex. & Iaſon à Bertrando relati, & ſimul ipſe Bertrand. conſ.159.vol.4. Sed cùm omnes teſtes conueniunt in diſpoſitione: vnus autem ex eis in exprimenda diſpoſitione ipſa vtitur pluribus verbis, & alius paucioribus, tunc minimè locum ſibi vendicat doctrina Baldi, nec aliquis ex memoratis Doctoribus in iſto

caſu loquitur, ſed immò ipſi teſtes ſic deponentes optimè probat vt infrà nu. 958. vſq; ad nu. 1052. fuſius demonſtrabimus. Præterea, quod pertinet etiam ad ipſum teſtatoris diſpoſitionem, do-
954 ctrina Baldi † declaratur, vt tunc demum militet, cùm non apparet, quòd teſtes fuerint præſentes ad totum teſtamentum. Sed quando ex eorum depoſitione conſtat, quòd ad totum præſentes fuerunt teſtamentum: tunc ſatis eſt, quòd concordent in eo, ſuper quo oritur controuerſia, licet de omnibus nõ recordentur, modò memoria teneant, quòd teſtator nihil in eo teſtamento diſpoſuerit in contrarium. Ita Baldum declarat Alex. in d. l. cum antiquitas. nu. 10. C. de teſtam. Et ita in propoſito reſpondet Ruin. conſ. j. ſub nu. 20. verſ. Nec obſtat. & conſ. 14. nu. 5. lib. 2. & latè Soc. Iun. conſ. 189. nu. 44. 45. 46. 47. 48. 49. lib. 2. & conſ. 17. per totum. lib. 3. de quo conſ. 189. intelligit Socinus cùm ſe ipſum citat in d. conſ. 17. & conſ. 62. nu. 16. 17. 18. 19. 20. lib. 4. Sed in caſu noſtro vnus ex teſtibus non dicit plus fuiſſe diſpoſitum, & alter minus: ſed omnes conueniunt in diſpoſitione, licet in ipſa explicanda vnus vtatur pluribus verbis, & alter paucioribus. Rurſus
955 † clariſſimè conſtat ex depoſitionibus teſtium eos omnes fuiſſe præſentes ad totum teſtamentum: quod & in dubio præſumitur
956 † ex quo omnes concordant in dicto, ſuper quo deponunt: vt poſt Bal. tradit not. Iaſ. in l. 2. nu. 14. 15. C. de bono. poſſ. ſecund. tabul. Grammat. conſ. 79. nu. 10. 11. in Ciuilib. Et ipſi teſtes con-
957 cordant in eo ipſo, † ſuper quo oritur controuerſia: hoc eſt, D. Celſum voluiſſe, ac diſpoſuiſſe, quòd ſchedula ſui teſtamenti manu ſua ſcripta, & ad Generum miſſa, ſit, & eſſe, debeat ſuum teſtamentum, ſuaq; vltima voluntas: Atq; in hac ſola diſpoſitione totum conſiſtit teſtamentum: Et optimè tenent memoria teſtatorem ipſum nihil in ea teſtamenti factione in contrarium diſpoſuiſſe: vt latè ſupra deduximus, cùm dicta teſtium perſtrinximus nu. 101. vſq; ad nu. 147. Ergo non officit, quòd ipſi teſtes non conueniant in pondere, numero, & menſura verborum.

Non obſtat rurſus, quòd Decimo octauo loco dicebam teſtes ipſos ſuper teſtamento D. Celſi poſtremo receptos non probare, quia appareat ipſos non concordare in forma, & cortice verborum teſtatoris. quia Reſpondeo, quòd immò teſtes ipſi plus
958 probant, † & maior fides eſt illis adhibenda, cùm in aliquibus minimis diſcordent, quàm ſi eadem verborum ſtructura, & formalitate deponerent. Sic etenim non præſumuntur in vnum, præmeditatumq;

meditatumq; ſermonem deponere, quod aliás præſumeretur: vt ſignanter inquit Bar. in l. 3. §. ideoq; Diuus. nu. 3. ff. de teſtib. Ioan. de Anani. conſ. 76. ſub nu. j. Soc. Sen. conſ. 244. ſub nu. 2. lib. 2. Iaſ. in l. 2. ſub nu. 16. verſ. confirmo. C. de bono. poſſ. ſecund. tabul. Neuiza. conſ. 26. nu. 28. 29. Iacob. Leonis. conſ. 49. nu. 11. 12. 13. inter conſ. Matrimo. diuer. Doct. vol. I. Grat. Reſp. 75. nu. 12. lib. j. Lancil. Conrad. De offic. Præt. Rub. Dicta teſtium aſſumendo. nu. 43. vbi pleroſq; deducit. Aegid. Boſſi. in Tit. de Oppo. contra teſtes. nu. 24. Curt. in Tract. de teſtib. concl. 6. ſub. nu. 19. Hip. de Mar. in Rub. de Probat. nu. 358. cum plurimis ibi re-
959 latis. Non enim exigitur † à teſtibus, vt formaliter exprimant verba, dummodo exprimant ſenſum: vt tradit Ioan. Campeg. in Tract. de teſtib. Reg. 119 verſ. Octauo. Hip. de Mar. in d. Rub. de Probat. nu. 356. cum plurimis ibi congeſtis. Et ſufficit teſtes
960 ipſos concordare † in facto principali, licet non concordent quo ad corticem verborum: vt dicit Soc. Sen. conſ. 26. nu. 6. lib. j. & conſ. 244. nu. 2. lib. 2. Curt. in d. Tract. de teſtib. concl. 11. ſub.
961 nu. 24. Eliduntur nanq; ipſi teſtes per contrarietatem † ſi vacillant verbis, & mente: ſecus ſi verbis tantùm, & non effectu verbo-
962 rum: Concordandiq; † ſunt quo ad ſenſum, ſi non poſſunt quo ad literam concordari, etiam ad effectum vt probent: vt late tradit Feli. in .c. cum tu. de teſtib. & ipſe Curt. in d. Tract. de teſtib. concl. 56. ſub nu. 108. Quinimò non officit, quòd teſtes diſcor-
963 dent † in cæteris, ſi ſuper facto principali concordent, in quo ſubſtantia negotij principalis conſiſtit: vt latè probat Soc. Iun. d. côſ. 189. nu. 44. 45. 46. 47. 48. 49. lib. 2. vbi loquitur in terminis teſtamenti. & d. conſ. 62. nu. 16. 17. 18. 19. 20. lib. 4. Vbi dicit hanc
* eſſe * communem Doctorum opinionem. & alij tradunt, quos nunc nunc nu. prox. citabimus. In quo etiam facto principali ſi in
964 aliquo modico † diſcordent, non cenſentur varij, ſed probant: vt inquit Ioan. de Anani. d. conſ. 76. in prin. vbi & Bologni. in Addi. Iaſ. in d. l. 2. nu. 16. & 17. C. de bono. poſſ. ſecund. tabul. Soc. Iun. conſ. 17. lib. 3. Grott. conſ. 122. nu. 38. Grammat. conſ. 36. nu. 2. & ſeq. & conſ. 50. nu. 28. 29. 30. in ciuilib. & Deciſ. 43. Tiraquel. pleroſq; congerés in Tract. de Iudic. in rebus exig. feren. verſ. vigeſimo octauo tex. eſt, &c. Quare cùm teſtes recepti ſuper ipſo D.
965 Celſi teſtamento concordent † in facto principali, & in eundem rei geſtæ finem, & effectum conueniant.: iux. tex. in l. qui ſententiam. C. de pœnis. & in .c. nihil obſtat. de verb. ſign. Nempè, Te

ſtatorem ipſum dixiſſe, & voluiſſe, ac diſpoſuiſſe ſchedulam ſui teſtamenti manu ſua ſcriptam, & ad Generum miſſam fore, & eſſe ſuum teſtamentum, & ſuam vltimam voluntatem: vt iam ſupra demonſtrauimus nu. 101. vſq; ad nu. 147. ſatis ſuperq; dicuntur
966 conteſtes, & abſq; aliquo dubio probant: Non refragāte † Ant. de But. in d.c. nihil obſtat. de verb. ſign. quem in aduerſum allegauimus. Quia dictum eius procedit, quando agitur de probandis verbis formalibus teſtatoris vt ab eo prolatis. Secus autem quando probatio non reſtringitur ad verba formalia vt ab ipſo teſtatore prolata: ſed agitur de probandis verbis eius in ſubſtantia, & effectu ſimilibus: vt propriè euenit in caſu noſtro: tunc enim licet teſtibus immutare verba, eodem tenore ſententiæ re-
967 tento: Quod & ſacratiſſimi Euangeliſtæ fecerunt † qui verba CHRISTI Seruatoris noſtri diuerſa, eadem tamen intentione, & ſubſtantia ſeruata, retulerunt. tex. eſt in d. c. nihil obſtat. vbi ipſe
968 † Ant. de But. & Abb. ſic declarant. de verb. ſigni. & idem Ant. ita, & latius declarat in .c. cùm eccleſia Sutrina. col. 10. verſ. venio ad Gloſ. in ver. vacilaſſe. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Atq; ita Antonium ipſum declarat Corn. conſ. 63. nu. 4.5. vbi pulchrè lib. j. & conſ. 172. nu. 14.15.16.17. lib. 2. Curt. in d. Tract. de teſtib.
969 Concl. 11. ſub nu. 25. Quod verum eſt etiam † ſi teſtis aliquis à ſeipſo deponat ſuper formalitate verborum, & alij deponãt per diuerſa verba: nam talis probatio ſatis erit legitima, & perfecta,
970 cùm tunc demum variatio † teſtium in verbis prolatis officiat, quando formalitas ipſa verborum fuit articulata, & ad eam probandam quis ſe aſtrinxit: vt declarat Rip. in d.c. cùm eccleſia Sutrina nu. 69. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Alex. de Neuo conſ. 71. nu. 13. Iacob. Leonis. d. conſ. 49. nu. 14. inter cõſ. Matrimo. diuer. Doct. vol. I. & latè probat pleroſq; referens Neuiza. conſ. 26. nu.
971 26.27.28.29. Remanet ergo † quòd teſtamentum D. Celſi per teſtes optimè probatum fuerit, cùm minimè articulata ſint verba formalia teſtatoris vt ab eo prolata, ſed in ſubſtantia, & effectu ſimi-
972 lia: & quidem cum Clauſ. † *Non ſe aſtringens, &c.* Quæ quantæ ſit virtutis, & efficatiæ ſatis patet ex Bar. in l. diuus. nu. 6. ff. de re iud. Alex. conſ. 61. nu. 2. lib. 2. & conſ. 6. nu. 3. & nu. 7. lib. 3. Pract. Papien. in forma Libel. in actione reali. in ver. Non aſtringens ſe ad probandum. Celſ. Hugo. in Tract. de Clauſulis. nu. 190. vſq; ad nu. 196. Barba. conſ. 41. nu. 33. 34. lib. 3. Qui loquitur in terminis, vt aiunt, terminantibus. Quo fit & iure optimo con-
cludamus

973 cludamus † perfectiſſimè probatum fuiſſe D. Celſi teſtamentum per teſtes in ſubſtantia, & effectu rei geſtæ concordantes: ſi reie-
974 ctis interpretationibus ſophiſticis † veritas amplectatur, & illorũ dicta nõ cauillentur, & calumnientur: ſed benignè, ac ſincerè inter pretentur atq; iuuentur, prout iudicem facere opportere, etiam cum aliquali impropriatione, admonet Bal. in .l. de quibus. ſub. nu. 40. ff. de legib. & in .l. 2. ſub nu. 2. C. de tem. appel. Alex. cõſ. 43. nu. 35. lib. 4. & conſ. 149. nu. 10. lib. 5. & conſ. 184. nu. 10. lib. 7. Cor. conſ. 63. ſub. nu. 6. lib. j. & conſ. 160. nu. 6. & cõſ. 172. nu. 17. lib. 2. Dec. conſ. 100. nu. 2. & conſ. 342. nu. 5. Soc. Sen. conſ. 56. nu. 15. lib. 4. Soc. Iun. conſ. 31. nu. 29. lib. 2. Neuiza. conſ. 26. nu. 33. Grammat. conſ. 36. nu. 5. & conſ. 50. nu. 35. vſq; ad nu. 42. in ciuilib. Sylua. conſ. 94. nu. 13. Caſſiod. Deciſ. 4. nu. 5. ſub Rub. de probat. Grat. Reſp. 41. nu. 8. lib. 2. vbi
* ſcriptum reliquit hanc eſſe * communem Doctorum opinionem.

Neque huic certiſſimæ obſtat concluſioni, quòd teſtes fuerint interrogati ab examinatore de formalitate verborum, quæ D. Celſus protulit, & ipſi teſtes in reſponſionibus datis ad hoc interroga
975 torium non concordent in cortice verborum. Quo caſu † cenſuit Roland. à Val. conſ. 33. lib. 2. teſtes non probare, tanquàm ſingulares, & contrarios: quàmuis aliàs nõ fuerit articulatum de forma litate verborum: nec inter partes eſſet differentia de verbis forma
976 libus. Reſpondeo enim † diligenter eſſe aduertendum ad allegatos per Rolandum Doctores, nè fortè quis ipſius conſultatione decipiatur, dum illam ſummis, quod aiunt, labijs tantùm attingit.
977 Maior nanq; difficultas † quæ ſit in iure noſtro, eſt benè intelligere in quibus terminis loquantur leges, Gloſſæ, & Doctores: vt rectè inquit Curt. Iun. conſ. 96. nu. 4. Doctores igitur omnes à Ro
978 lando citati † loquuntur quando teſtes interrogati fuerunt de for malitate verborum: & ipſi in reſponſione ſua ſe reſtrinxerunt ad ipſam verborum formalitatem: ſed in ipſis formalibus verbis re
979 ferendis contraria, & diſcrepãtia dixerunt. Ita loquitur † Bal. in. c. bonæ. j. ſub nu. 9. verſ. ſi autem fuiſſent interrogati. de elect. Alex. conſ. 47. nu. 6. lib. 2. & conſ. 150. nu. 2. lib. 5. & conſ. 176. nu. 1. lib. 7. & in. l. quæ extrinſecus. quam expedit cum. l. huiuſmodi. nu. 5. & Iaſ. in. d. l. quæ extrinſecus. nu. 5. ff. de verb. obli. & ipſe Alex. in. l. j. §. fin. nu. 13. eod. tit. & in Addi. ad Bar. in. l. 3. §. ideoq; diuus ſub nu. 5. ff. de teſtib. Feli. in. c. licet ex quadam. ſub nu. 12. eod. tit. Soc. conſ. 229. ſub nu. 6. verſ. Quarto confirmatur. in fin. lib. 2.

Barba.

Barba. conſ.25.nu.4.5.6. & conſ. 47. nu. 3. lib. 2. Dec. conſ. 163. ſub nu. 10. ad fin. verſ. decimo quinto obijcitur. Crot. in .l. j. §. eadem autem.nu. 29. ff. de verb. oblig. Ruin. conſ. 150. nu. 11. lib. 5. Cacialup. in .l. admonendi. nu. 116. ff. de iureiur. Iſti ſunt
980 Doctores omnes, quos Rolandus allegat. Qui quidem † omnes ſæpè, ac ſæpius à nobis diligenter inſpecti, & conſiderati loquuntur in prædicto caſu, nempè, cùm teſtes interrogantur de formalitate verborum, & ipſi reſponſionem ſuam reſtringunt ad ipſam verborum formalitatem, ſed in ipſis formalibus verbis referēdis diſcordant, & contrariantur. Nituntur enim Doctores ipſi duobus illis
981 exemplis, † Quorum vnum eſt Baldi in d. c. bonæ. j. de elect. Alterum verò Antonij de Butr. in d. c. nihil obſtat. de verb. ſign. Hoc eſt, ſi teſtes interrogentur de formalitate verborum
982 contractus, † & vnus reſpondeat Titium dixiſſe, *Promitto. 24. denarios*. Alter verò reſpondeat Titium dixiſſe, *Promitto duos ſolidos*. iuxt. Baldi exemplum. Vel ſi teſtes interrogentur de for-
983 malitate verborum teſtamenti, † & vnus reſpondeat Teſtatorē dixiſſe, *Titius hæres eſto*. Alter verò reſpondeat teſtatorem dixiſſe *Titium hæredem inſtituo*. iux. Antonij exemplum. Quòd enim in
984 relatis exemplis † Baldi, & Antonij teſtes reſtringant reſponſionē ſuam ad verborum formalitatem, ſatis ex eo perſpicitur, quod ipſi teſtes loquuntur per verba præſentis temporis primæ perſonę cōtrahentis: vt in primo Baldi exemplo: & per verba præſentis temporis primæ perſonæ teſtantis: vt in ſecundo Antonij exemplo. prout in terminis proprijs, & ſpecificis expendit Corn. conſ. 172
985 ſub nu. 17. verſ. Quinimmò potius lib. 2. Vbi notab. dicit † ex eo deprehendi teſtes voluiſſe reſtringere reſponſionem ſuam ad verba formalia, vel eadem in effectu, quòd loquantur per verba præſentis temporis primæ perſonæ: vel per verba præteriti imperfecti tertiæ perſonæ: vt, ſcilicet, primo caſu teſtes cenſeantur ſe reſtrinxiſſe ad formalitatem verborum: Altero verò caſu, non verba formalia, ſed mentem teſtatoris per verba eadem in effectu, & ſubſtantia declaratam, retuliſſe credantur. Et quòd in caſibus Docto-
986 rum: † qui à Rolando recenſentur, teſtes reſtringerent reſponſionem ſuam ad verborum formalitatem, ſatis, ſuperq; patet ex inſpectione ipſorum Doctorum: & præſertim ex Alex. d. conſ. 150. nu. 2. lib. 5. & d. conſ. 176. nu. 1. lib. 7. Et, vt aliquos nos citemus
987 Doctores, † de quibus Rolandus non meminit, clariſſimè iſtud ipſum liquet ex ipſo Alex. conſ. 111. nu. 8. lib. 3. & conſ. 153. nu. 4.

lib. 5.

lib. 5. Ruin. conſ. 149. ſub nu. 30. verſ. non probant etiam teſtes: & nu. ſeq. lib. 5. Angel. de Caſ. conſ. 10. inter conſ. Alex. de Neuo. quod conſ. mutatis tantùm nominibus, redactum fuit inter Conſ. Matrimonialia diuerſ. Doct. conſ. 34. vol. j. Et deniq; hoc clariſſi-
988 mè deprehenditur ex omnibus † recitatis Doctoribus ab ipſo Rolando, quatenus nituntur omnes duobus illis exemplis Baldi, & Antonij, in quibus manifeſtè teſtes reſtrinxerunt reſponſionem ſuam ad verba formalia, vt à contrahente, vel teſtante prolata per verba præſentis temporis primæ perſonæ: iux. ſing. illam doctrinam Cornei d. conſ. 172. ſub nu. 17. verſ. Quinimmò: lib. 2. vt ex inſpectione omnium Doctorum, de quibus ſupra nu. *979*. clariſ-
989 ſimè dignoſcitur: cùm magis † veritas oculata fide, quàm per aures animis hominum infigatur: vt inquit Imp. in. §. fin. Inſti. de grad. cogn. Iuxta illud Orat. in lib. de Arte Poëtica.

*Segnius irritant animos demiſſa per aurem,*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus: & quæ*
*Ipſe ſibi tradit ſpectator.* ------------

990 Rolandus ergo † & ipſe intelligendus eſt ſecundum Doctores, quos allegat. iux. tradita per Bar. in. l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ſub nu. 7. ff. de lib. leg. cum alijs in ſimili propoſito ſupra ſemel citatis nu. 200. vt, ſcilicet, loquatur, quando teſtes interrogati de formalitate verborum, reſponſionem ſuam reſtrinxerũt ad verba formalia vt à teſtatore prolata per verba pręſentis temporis primę perſonæ: ſicuti etiam intelligendus eſt Catel. Cott. in Memoral. in ver. Teſtes concordantes. cùm nitatur eodem Baldi exemplo
991 in d. c. bonæ. j. de elect. Quod ſi Rolandus ſentiret † teſtes interrogatos de formalitate verborum, nec ad ipſam formalitatem ſe reſtringentes in reſponſione, ſed mentem teſtatoris per eadem verba in effectu, & ſubſtantia exprimentes per verba præteriti imperfecti tertiæ perſonæ, non probare, ſi non concordent in ipſo cor-
992 tice verborum, Vtiq; peſſimè ſentiret: tum quia Doctores † ab eo citati, & quibus ipſe nititur, hoc non dicunt, ſed in caſu contrario
993 loquuntur: vt iam diximus nu. *980*. cum ſeq. tum quia * vera, † &
* communis eſt Doctorum concluſio, Quòd teſtes in eundem rei geſtæ finem, licet per diuerſa verba concordantes, non ſolùm probant, ſed melius etiam probant, quàm ſi eodem verborum cortice deponerent: vt latè ſupra probauimus nu. *958*. vſq; ad nu. *966*.
994 Maximè † quando pars non ſe reſtrinxit ad probanda verba formalia, vt à teſtatore prolata: ſed articulauit teſtatorem diſpoſuiſſe tale

tale quid, non ſe aſtringens ad aliquam verborum formulam: vt præter ſupradictos Doctores, quos iam citauimus nu. *966.* vſq; ad nu. *973.* apud Aquilam conſuluit
995 † Cacialupus vnà cum Mariano Socino, Antonio de Prato veteri, Andrea Barbatia, & Alexandro Imolenſi in ardua cauſa cuiuſdam ſubſtitutionis, in qua teſtes in effectu concordabant, ſed non in verbis: vt refert ipſe Cacialupus in d.l. admonendi. ſub nu. 116. ff. de iureiur. & Neuiza. ipſum ſequutus d.conſ. 26. ſub nu. 27. Qui Cacialup.
996 † tametſi limitet hoc non habere locum, quando teſtes fuiſſent interrogati à Iudice de formalitate verborum, & ipſi in cortice verborum eſſent diſcordes: iux. prædictam Rolandi conſultationem: Tamen ipſe Cacialup. ibi expreſsè ſentit
997 † hoc eſſe verum, quando teſtes ipſi de formalitate verborum interrogati, ad ipſam verborum formalitatem in reſponſione ſua ſe reſtringerent. Hoc apertè colligitur ex verbis ipſius Cacialupi eodem loco ſub nu. 116. ibi. *Quia tunc non concordant in formalitate verborum, de qua deponere volunt, de illa interrogati.* Quod rurſus apertiſſimè colligitur ex ipſius Cacialupi verbis inferius prolatis ſub nu. 120. ibi. *Niſi teſtes depoſuerunt interrogati de formalitate verborum.* Et ibi. *Et tunc dicti teſtes de formalitate verborum deponentes, & diſcordantes in ea non probarent,* &c. iux. prædictam declarationem noſtram. Quæ licet per ſupradicta ſatis, ſuperq; iuſtificata eſſet: ex hac tamen Cacialupi auctoritate ita roboratur, vt nullus amplius ſuperſit locus ad dubitandum.

998 Concludamus ergo, quòd teſtes † in eundem rei finem, & effectum, licet per diuerſa verba, concordantes, nō ſolùm probant, ſed maiorem fidem obtinent, d.c. nihil obſtat. de verb. ſign. cum Doctoribus ſupra citatis nu. 958. vſq; ad nu. *966.*

999 Hoc tamen declarari † vt non procedat, quando pars ſe reſtrinxit ad probanda verba formalia, vt à teſtatore prolata: vt declarat Ant. de Butr. in d.c. nihil obſtat. cum ceteris ſupra deductis nu. *966.* vſq; ad nu. *973.*

1000 Et rurſus vt non habeat locum, † quando teſtes interrogati de ipſa verborum formalitate, reſtringerent ſuā reſponſionem ad ipſa verba formalia, & in eis diſcordarent: vt tradit Roland. à Val. d.conſ. 33. lib. 2. quo caſu duntaxat ſua procedat conſultatio: vt probauimus à nu. 975. vſq; ad nu. *998.*

1001 Secus autem eſſe † quando teſtes interrogati de formalitate verborum, reſponſionem ſuam non reſtringunt ad verba formalia, ſed per ſimilia verba in effectu, & ſubſtantia rem, de qua agitur,

tur, puta teſtatoris diſpoſitionem, atteſtantur: ſecundùm noſtrā ex mente omnium Doctorum deprompram declarationem, quā ſimul deduximus à d.nu.975.vſq; ad.d.nu.998.

1002 Prudens enim, † pium, & iuſtum tunc animaduertitur teſtis conſilium, qui ne teſtatoris diſpoſitionem in maximum deducat periculum, formalitatem verborum euitandam eſſe duxit, & diſpoſitionē ipſam teſtatoris per ſimilia verba in effectu', & ſubſtan-
1003 tia expreſſit. Non enim (vt ſupra dixi nu.959.) exigitur † à teſtibus, quòd formaliter exprimant verba, dummodò exprimant
1904 ſenſum. Quod ſi ſecus eſſe diceremus, perrarò eueniret, † quòd per ſolos teſtes probari poſſet teſtamentum: cùm ferè ſit impoſſibile, quòd lapſu temporis omnes teſtes recordentur de ſingulis verbis formalibus teſtatoris. Abſurdum ergo foret, quòd vbi ſoli teſtes interfuerint, ſimilia teſtamenta redderentur quodammodo improbabilia. Hæc ſunt verba præciſa Cornei d.conſ.172.ſub nu. 15.verſ.Et ſi ſecus diceremus.lib.2. Qui in terminis noſtris ter-
1005 minantibus † ex facto conſultus reſpondit, Teſtes deponentes de voluntate, ac diſpoſitione teſtatoris, quòd, ſcilicet, nolebat teſtamentum primum ab eo conditum valere, licet per diuerſa verba, in eundem tamen finem tendentia, optimè probare, non refragante Ant.de Butr. in d.c. nihil obſtat. rationibus iam dictis per nos, & per ipſum Corneum ibi ſub nu.15.expreſſis.

Hoc autem loco prætereundum non eſſe duxi vnum, ad quod
1006 ipſe Corneus eodem loco reſpexit. Hoc eſt, Antonium † recedere ab illa ſententia, quam protulerat in d.c.nihil obſtat. Quatenus ſcilicet, ibi tenuit, quòd teſtes variantes in verbis vt ab altero prolatis non probent: vt in exemplo per ipſum Antonium in mediū deducto, videlicet, ſi vnus dicat Teſtatorem dixiſſe, *Titius hæres eſto*. Et alter dicat teſtatorem dixiſſe, *Titium hæredem inſtituo*. Nā
1007 (vt ipſe dicit † Ant.in d.c.cùm Eccleſia Sutrina col.10.verſ.venio ad Gloſ.in ver. vacillaſſe. de cauſa poſſ. & prop.) Tex. in d.c.nihil
1008 obſtat. facit in contrarium. Ibi enim † veridici Apoſtoli referebant ſanctiſſima verba CHRISTI Redemptoris noſtri, vt à diuino ore eius emanata, ſed diuerſa, eadem tamen mente ſeruata, & tamen procul omni dubio probant: Et aliter dicere maxima, nefandiſſimaq; eſſet hæreſis. Vndè, inquit ipſe Antonius, Hoc fortè
1009 verius eſt, † ſcilicet, Teſtes etiam in cortice verborum, ſed non in ſenſu variantes probare, licet referant verba vt ab alio prolata: quia teſtis atteſtatur mentem, & verba refert vt propria de mente.

1010 Niſi(ſubiungit ipſe Antonius)controuerſia † foret inter partes de verborum forma, quia uis eſſet in verbis, ſeu forma verborum. Ita dixit Ant.de Butr.in d.c.cùm eccleſia ſutrina. quem ſic conſtat
1011 ſe ipſum tetractare † ab illa ſua ſententia, quam protulerat in d. c. nihil obſtat. & quem ſic ſe retractantem refert, ac ſequitur Corn. d.conſ.172.ſub nu.15.16.17.lib.2. Ex quibus patet doctrinam
1012 ipſam Antonij in d.c. nihil obſtat.non eſſe veram, † quando ipſe Antonius ab ea diſcedat, & eum ſequatur Corneus. Prout & il-
1013 lam ipſam Antonij doctrinam damnat † Apoſtil. ad Alex. conſ. 176.ſub nu.1.lib.7. Quia, ſcilicet, non eſt vis in formalitate, ſed in ſubſtantia, de qua tantùm agitur, & in qua teſtes conueniunt. Et quia teſtes ipſi de facili poterũt obliuiſci formulam locutionis, ad quam veriſimiliter non attendunt, ſed rem. Tum quia potuit teſtator bis idem vario ſermone efferre. Hactenus ibi Apoſtil. Illam rurſus Antonij deciſionem ita indiſtinctè non eſſe omnino ve-
6014 ram † dixit Grammat.conſ.50.nu.42. in ciuil. vbi dicit eam eſſe
* nimis duram, & tanquàm nimis duram * in practica Bononiæ nõ ſeruari: teſte inſigni Doct. Matheſ. in c.cùm tu. de teſtib. Et ibi
1015 atteſtatur Grammaticus contra ipſam ſe obtinuiſſe † in magna Curia Vicariæ in cauſa teſtamentaria, in qua teſtes omnes de verbis teſtatoris formaliter non deponebant, ſed diuerſimodè, cùm tamen in ſubſtantia ad eundem rei finem concurrerent. Quòd ſi
1016 deciſio prædicta Antonij poſſit retineri pro vera † ſubiungit Grammat.nu.43.illa ſanè intelligi debet, vbi producens teſtes videretur omnino ſe reſtrinxiſſe ad probandum verba formalia teſtatoris. Allegat autem ipſum Ant.de Butr.in d.c.cùm Eccleſia ſutrina.col. 10.de cauſa poſſ.& prop.& Alex.in Add.ad Bar.in d.l.3.§.ideoq; Diuus.ff.de teſtib.quorum primum ad hoc ſupra nos rectè pro noſtra citauimus ſententia ſub nu.968. & alterum pro ſua perperam deduxit opinione Rolandus, vt ſupra retuli ſub nu.979. Nec re-
1017 fert, † quòd ipſe Grammat.inferius in verſ.ſecundo reſpondetur. dicat textũ in d.c.nihil obſtat.& memoratam Antonij deciſionẽ, procedere in verbis teſtatoris, Maximè circa inſtitutionem hæredis, prout exemplificant omnes Doct. poſt ipſum Ant. Secus in ceteris, puta, in actu matrimoniali, vt ipſe Grammat. ibi dicit.
1018 Quia certè Grammat.in hoc malè loquitur, † cùm ſatis pateat textum in d. c. nihil obſtat. loqui generaliter: & conſequenter eſſe generaliter intelligendum.l.j. §.generaliter. ff. de leg. præſt.l. de pretio.ff.de public.in rem actio. Et quod dicitur † ab Antonio, &

ceteris

ceteris Doctorib. exempli gratia dicatur: & exempla non reſtringant, ſed declarent regulam.l.damni infecti.2.ff.de dam. infec.c.j. ne cleri.vel mona.ſecu.nego.ſe immi. pulchrè tradit Aymon Cramet.Reſp.2.pro Genero.nu.22. Ipſiq; Doctores non ſolùm exē-
1020 plificent in verbis teſtatoris,† ſed etiam in verbis contrahentium: vt patet ex Bal. in d.c. bonæ.j.ſub nu.9. de elect. ex Alex.d.conſ. 150.nu.2.lib.5. vbi propriè loquitur in contractu matrimoniali. ex Barbat.d.conſ.25.nu.4.5.lib.2.& ex alijs Doctorib.ſupra relatis nu.979. cum ſeq. & nu. 987. cum ſeq. Et ne longè petamus
1021 exempla,ipſe Grammat. parum ſui memor † atteſtatur eodem loco ſub nu.42. ſe contra dictam Antonij deciſionem obtinuiſſe in magna Curia Vicariæ authenticari teſtamentum, de quodam legato, ſuper quo teſtes omnes formaliter non deponebant, ſed diuerſimodè, eadem tamen verborum ſubſtantia. Et quàmuis lo-
1022 quatur in legato, nihil eſt tamen cur non idem dicamus † in inſtitutione hæredis: iux.tex.in.§ diſponat.Auth.de nupt.& in.l.j.C. de ſacroſ.eccleſ. Quod & ipſe Grammat. præſupponit, quatenus dicit ſe obtinuiſſe authenticari teſtamentum, &c. Quod ſinè hæ-
1023 redis inſtitutione † ſtare non potuiſſet.l.proximè.ff.de his,quæ in teſt.del.l.j.ff.de vulg.& pup.ſubſt.l.eam quam.C.de fideicom. Et quicquid dicat Grammat. nobis ſufficit, quòd & ipſe, quatenus etiam dicit deciſionem Antonij procedere in verbis teſtatoris, il-
1024 lam intelligat † tunc demum militare, quando quis articulauit verba formalia teſtatoris, & ad illa formaliter probanda ſe aſtrinxit: prout ſupra retuli nu. 1016. ſecundum communem Doctorum opinionem declaratam vt ſupra nu.998.999.1000.1001.

Quare vt ipſam Communem Doctorum ſententiam ad ca-
1025 ſum noſtrum tandem applicemus † Reſpondeo non obeſſe quòd teſtes fuerint interrogati ab examinatore de verbis formalibus à D. Celſo habitis in confectione teſtamenti,& ipſi teſtes in reſponſionibus datis ad hāc interrogationem nō concordet in cortice verborum. Quia ſatis eſſe ſupra probauimus nu.975.ad hunc vſq; nu. quòd concordent in ſubſtantia, & effectu verborum, poſtquàm nullus ex ipſis teſtibus ſe reſtringit in reſponſione ſua ad verba formalia teſtatoris: ſed omnes ſimilia in effectu, & ſubſtantia ipſius
1026 teſtatoris verba commemorent: Prout certè † non cauillando, ſed rectè intelligendo concordant omnes teſtes D. Celſum deliberata voluntate teſtandi dixiſſe, voluiſſe, ac diſpoſuiſſe, quòd ſchedula ſui teſtamenti manu ſua ſcripta,& ad Generum miſſa ſuum ſit, &

eſſe debeat teſtamẽtum, ſuaq́; vltima voluntas. Omnia enim teſtiũ verba, licet aliqualiter in cortice diuerſa, tendunt adhunc ipſum rei geſtæ finem, & in ſubſtantia, & effectu iſtud ipſum clariſſimè perſonant: vt ſupra probaui nu. 101. vſq; ad nu. 147. Quòd autem
1027 nullus ex ipſis teſtibus ſe reſtringat † ad verba formalia teſtatoris: Sed vnuſquiſq; ſimilia in effectu, & ſubſtantia recitet, Paucis demonſtramus: Nam D. Daria de verbis formalibus interrogata
1028 † non reſpondet per verba præſentis temporis primæ perſonæ: ſed per verba preteriti imperfecti tertiæ perſonę D. Celſi. Inquit enim. *Doppò l'eſſerſi ſalutati M. Gio. Battiſta, & M. Celſo, M. Celſo diſſe à M. Gio. Battiſta, che volea, che ſi rogaſſe di quel teſtamento, che haueua fatto detto M. Celſo qual'era nelle mani di detto ſuo Genero.* & quæ ſequũtur ab ipſa D. Daria ſemper prolata per verba præteriti imperfecti tertiæ perſonæ D. Celſi. Ex quibus manifeſtè de-
1029 prehenditur † ipſam teſtem non voluiſſe reſtringere ſe ad verba formalia teſtatoris: Sed eadem in ſubſtãtia, & effectu commemorare voluiſſe: vt in terminis ſimilibus perpendit Corn. d. conſ. 172. ſub nu. 17. verſ. quinimò potius ex ſerie depoſitionum. lib. 2. de quo ſupra nu. 984. & nu. 985. loquuti ſumus. At D. Paulus
1030 & ipſe interrogatus † de verbis formalibus teſtatoris, non ſolùm taciè ſe non reſtringit ad ipſam verborum formalitatem, ſed expreſsè dicit. *Io non ho in mẽte, che foſſero dette tra loro altre parole, ſe non quelle, che vi ho detto, quale precedettero formalmente, ò ſimilmẽte coſi, come ho detto.* Ex quibus verbis manifeſtè patet ipſum teſtem minimè voluiſſe reſtringere ſe ad verba formalia teſtatoris: Sed ſimilia in effectu, & ſubſtantia retuliſſe. Hoc enim, præ ſe fert
1031 † verb. illud, *O ſimilmente.* vt in ſpecie dixit Iacob. Leonis. d. conſ. 49. ſub nu. 14. inter conſ. Matrimo. diuer. Doct. vol. j. Similiter
1032 D. Ioan. Baptiſta ſuper hoc ipſo interrogatorio † reſpondit *Colloquium habitum inter D. Celſum, & ipſum teſtem fuiſſe, prout ſupra recitauit, & per illamet verba formalia, vel ſimilia in effectu.* Ecce
1033 quòd per iſta verba, *Vel ſimilia in effectu*, † patet ipſum teſtem noluiſſe reſtringere ſe ad verba formalia teſtatoris: Sed ſimilia in effectu, & ſubſtantia deponere voluiſſe. iux. tradita per Iacob. Leonis. d. conſ. 49. ſub nu. 14. Quo fit vt iam ſit exploratiſſimum nõ
1034 obeſſe conſultationem † Rolandi à Valle d. conſ. 33. lib. 2. cùm, vt ſupra ſatis, ſuperq; demonſtrauimus nu. 975. vſq; ad nu. 1006. Doctores omnes ab eo allegati loquantur quando teſtes interrogati de formalitate verborum, reſtringunt ſuam reſponſionem ad
ipſam

1035 ipſam verborum formalitatem. In quibus terminis † neceſſe eſt vt
& ipſe Rolandus loquatur: tum quia Doctor eſt intelligendus ſe-
cundum Doctores, quos allegat: vt ſupra dixi nu. 200. tum quia
aliter intelligendo, Rolandus ipſe peſſimè loqueretur: vt ſupra di
1036 cebam nu. 991. cum ſeq. Cùm ergo in caſu noſtro teſtes † non ſe
reſtringant ad verborum formalitatem: ſed de eiſdem, vel in effe-
ctu ſimilibus deponant: & in effectu ipſo verborum concordent.
iux. tex. in d.c. nihil obſtat. de verb. ſign. & in d.l. qui ſententiam.
1037 C. de pœnis. Nec pars ipſa † articulauerit verborum formalitatē:
ſed factum ſimpliciter propoſuerit, cū clauſ. *Non ſe aſtringens, &c.*
iux. tradita per Alex. d. conſ. 6. nu. 3. & nu. 7. lib. 3. Barbat. in ter-
minis d. conſ. 41. nu. 33. 34. lib. 3. & alios, de quibus ſupra nu.
972. Concludimus teſtes omnes plenè, ac perfectè probare D.
Celſi teſtamentum, prout ex ſupra traditis luce clarius appare-
re cenſemus.

Quibus addimus pulcherrimam, atq; ad cauſam plurimum fa-
1038 cientem † Alexandri de Neuo diſtinctionem, qua deciſio memo-
rata Antonij de But. declaratur, & cauſa noſtra magis, magiſq; ab
omnibus impugnatioibus defenditur. Hac igitur in re Alex. de Ne
1039 uo conſ. 11. † quod conſ. mutatis tantum nominibus, redactum
fuit inter conſ. Matrimo. diuerſ. Doct. conſ. 35. vol. j. poſtquàm
retulit intellectum Antonij, & Abbatis ad tex. in d.c. nihil obſtat.
de verb. ſign. ſubiūgit in hæc verba, videlicet. *Ego ſic diſtinguerem.*
1040 *Quòd aut † eſt probanda formalitas verborum: & tunc requiritur*
*quòd teſtes cōcordent in cortice verborum, aliàs non valeret eorum te*
1041 *ſtimonium. Aliquando † non eſt neceſſarium quòd probetur formali-*
*tas verborum, & teſtes diſcrepant in verbis formalibus, ſeu in cortice*
*verborum, nō tamen dicunt illa eſſe verba formalia: & hoc caſu va-*
*let teſtimonium: & hoc modo loquitur d.c. nihil. & ita etiam loqui-*
1042 *tur D. Abb. Aliquando † teſtes dicunt verba, de quibus teſtificantur,*
*eſſe verba formalia, quæ fuerunt prolata à partibus: & hoc caſu ſi*
*diuerſificant, vitiatur eorum teſtimonium, & hoc caſu loquitur But.*
*qui hoc expreſsè firmat in d.c. nihil. Et patet ratio, quia ex quo aſſe-*
*runt illum eſſe corticem verborum, non poteſt negari, quin inter ipſos*
*ſit contrarietas, & per conſequens vitietur teſtimonium. iux. l. qui fal*
*ſo. ff. de teſtib. vnde præfatus D. conſulens rectè allegauit But. qui*
*etiam ita loquitur.* Hactenus Alex. de Neuo. Cuius conſ. emanauit
ad ſubſcriptionem conſ. præcedentis, quod eſt Ang. de Caſ. Ap-
1043 plicantes † igitur hanc diſtinctionem Neuij ad caſum noſtrum,

Dicimus Primum caput diſtinctionis eius ad cauſam noſtram minimè pertinere: in qua non eſt probanda verborum teſtatoris formalitas: Sed ſimplex diſpoſitionis ipſius teſtatoris ſubſtantia.
1044 Tum quia teſtamentum patris † inter liberos nullam exquirit verborum formalitatem: ſed quibuſcunq; verbis, vel indicijs ſuſtinetur: vt dicit tex. ad literam in .l. filij. ibi. *Verũ quibuſcunq; verbis voluntas eius declarata ſit, &c.* &in .l. fin. Ibi, *Quibuſcunq; verbis, vel indicijs, &c.* C. famil. herciſc. cuius teſtamenti patris inter liberos priuilegia, fauores, & prærogatiuas ſupra latè explicauimus nu. 45. vſq; ad nu. 80. Tum quia inter partes † nulla oritur
1045 controuerſia de forma, & cortice verborum: ſed de diſpoſitione tantùm teſtatoris: quo fit vt nihil officiat, quòd teſtes in ipſa verborum formalitate, & cortice non concordent, poſtquàm in ipſa teſtatoris diſpoſitione, & diſpoſitionis ſubſtantia omnes conueniunt. vt pulcherrimè tradit Corn. conſ. 63. nu. 4. 5. 6. lib. j. & conſ. 172. ante nu. 16. lib. 2. & conſ. 148. ſub nu. 7. lib. 3. & conſ. 77. nu. 6. lib. 4. Cacialup. in .l. admonendi. ſub nu. 116. ff. de iure-
1046 iur. Secundum verò caput † diſtinctionis Neuij ad cauſam noſtrã propriè pertinet, in qua nõ eſt neceſſarium (vt iam dixi nu. 1044.) quòd formalitas verborum probetur. Et licet teſtes quoquomodo diſcrepent in verbis formalibus, ſeu in cortice verborum: non tamen dicunt illa eſſe verba formalia teſtatoris: ſed ſimilia eſſe illa aſſerunt in effectu, & ſubſtantia: vt iam demõſtraui nu. 1027. vſq;
1047 ad nu. 1034. Vndè † eorum valet teſtimonium d. c. nihil. ſecundũ Abbatis intellectum, & Neuij ſententiam, multorum etiam Doctorũ teſtimonio ſupra comprobatam nu. 958. vſq; ad nu. 1038.
1048 Tertium autem Caput † diſtinctionis Neuij cauſam noſtram non attingit, in qua teſtes non dicunt quòd verba, de quibus teſtificantur ſint verba formalia, quæ prolata fuerint à teſtatore, ſed in ſubſtantia. & effectu ſimilia: vt clariſſimè perſpicitur ex eorum inſpectione, iuncta declaratione noſtra, quam ſupra poſuimus nu. 1027. vſq; ad nu. 1034. Quo fit vt procul omni dubio probent, iux. concluſionem, quam ſupra firmauimus nu. 1001. Nec officiat intelle-
1049 ctus But. in d. c. nihil. qui loquitur † quando teſtes aſſerunt verba, de quibus teſtificantur, eſſe verba formalia, quæ fuerint ab eo prolata, de cuius agitur diſpoſitione: vt inquit ibi Neuius. Et iſto ca-
1050 ſu procedat etiam reſponſum † Rolandi. d. conſ. 33. lib. 2. & omnium Doctorum deciſiones locum ſibi vendicẽt, qui verborũ formalitate nituntur ad impugnandas teſtium depoſitiones. iux.

concluـ

concluſionem à nobis ſupra firmatam nu. 1000. Quare tum ex
1051 omnibus prædictis ſimul, † tum etiam ex ſola Neuij diſtinctione concludimus perfectiſſimè probatum fuiſſe per teſtes D. Celſi teſtamentum: exactiſſimeq; ſublatum, & diſſipatum eſſe decimum octauum contrarium.

Non Obſtat deniq; quòd Decimonono, & poſtremo loco dicebam In dubio tenendam eſſe illam opinionem, quæ fauet teſtamento, etiam ad excluſionem filiorum. quia Reſpondeo iſtud aptiſ
1052 ſimè retorqueri. † & Grammat. Deciſ. 103. nu. 145. ac Neuizā. conſ. 26. nu. 7. vſq; ad nu. 16. quos in oppoſitum allegabamus, pro noſtra parte viriliter pugnare, & illam optimè defendere. Si-
1053 quidem in dubio tenenda eſt illa opinio † quæ fauet teſtamento, etiam ad excluſionem filiorum: vt inquit Grammat. d. deciſ. 103. nu. 145. & ad hoc plurima cumulat Neuiz. d. conſ. 26. nu. 7. vſq; ad nu. 16. atq; etiam Grat. Reſp. 30. nu. 1. 2. 3. & nu. 26. ac ſeq.
1054 lib. 2. Illa inquam, opinio † quæ fauet poſtremo, & vltimo teſtamento, quale eſt illud, in quo D. Martha teſtatoris filia eſt hæres inſtituta: non illa, quæ fauet priori, & antecedenti teſtaméto, quale eſt illud, in quo D. Deodata ipſius teſtatoris neptis eſt hæres ſubſtituta: vt in terminis dixit Roma. d. conſ. 179. Ampliſſimè Doct. col. pen. verſ. vltimo non poteſt negari. & Soc. Iun. d. conſ. 144. nu.
1055 23. & 24. lib. 2. Maximè ſi in vltimo teſtamento † agatur de inſtitutione ipſius filiæ, quemadmodum in caſu noſtro agitur, vt inquit Romanus eodem loco, atq; etiam Socinus nu. 66. Qui cauſam fi-
1056 liorum † adeò iuſtam, & fauorabilem eſſe arbitratur: ne ſcilicet, excludantur ab hæreditate paterna ſibi iure quodam naturæ debita. iux. l. cum ratio. ff. de bonis damnat. ex communi, & naturali voto parentum. iux. l. ſcripto. in fin. ff. vnde liberi. (qua ratione
1057 ipſi filiæ † in dubio voluntatis fauendum eſſe cenſuit etiam Dinus
1058 conſ. 40. nu. 6.) vt ſibi perſuadere non poſſit Iudicem † tam impium reperiri, qui etiam data aliqua dubitatione, velit aduerſus filios iudicare. Præſertim cùm etiam ſecundum iuris regulas in fauorem eorum clariſſima appareat iuſtitia: vt ipſe Socinus ibi conſultationem ſuam claudens concludit. Quod quidem nos quoq;
1059 † eiſdem rationibus vna cum Socino in cauſa huius filiæ, quam defendimus, nobis perſuadere non poſſumus Iudicem aliquem
1060 eſſe facturum. Cùm præſertim determinatio ad fauorem † ipſius filiæ Domini Celſi (vt verbis vtar Pauli Caſtr. in conſ. mox citando) pia ſit, & fauorabilis, per quam veritas ſuſtinetur, & voluntas

luntas D. Celſi teſtatoris non defraudatur, & eius animæ ſaluti prouidetur, amputaturq; via malitijs Notarij, qui quantum potuit voluntatem teſtatoris depreſſit, nec ſinitur hæreditas dicti teſtatoris per nefas, & flagitium ad neptem ipſius teſtatoris,& fortè ad perſonas penitus extraneas, prout euenire poteſt, deuenire: cui omnino eſt obuiandum, ex quo conſtat per receptas atteſtationes; quòd ad ipſam neptem teſtator noluit hæreditatem ſuam peruenire, & multominus ad perſonas ſibi prorſus extraneas, veluti ad Equitem Carolum Zobolum cum filijs, & illum quidem cũ genere ſuo ſibi inuiſum ob offenſam ab ipſo Equite acceptam, vt
1061 ſupra dixi nu.865.vſq; ad nu.888. vt per hæc verba in † caſu tam ſimili, quàm lac lacti: vt dixit Tiraquel.in Tract.de pœnis,&c.cauſa.51.nu.102. mutatis tantùm nominibus, concludit Pau. Caſt. conſ.451. viſis, & examinatis atteſtationibus. in fin.lib.j. ſeu (vt
1062 appellant) in Antiquis. Malè enim, atq; impudenter † facit filia, ac pari ratione neptis, quæ teſtamentum Patris,vel Aui ob aliquas ſolennitates omiſſas impugnat: cùm non fraudata portione ſibi debita, nempè legitima, nõ ſolùm propter debitam reuerentiam, iudicium paternum, vel auitum impugnare non debeat, ſed potius approbare teneatur: vt in ſpecie dixit ipſe Pau. Caſt. conſ. 413.viſo, & examinato ſupraſcripto puncto.in princ.lib.2. vel (vt
1063 aiunt) in Nouis. Et in dubio iudicandum eſſe † contra non habentem teſtatoris mentem, etiam ſi Pia ſit cauſa, dixit Alciat. Reſp.
1064 570.ante nu.6.verſ.Et ex his concludo. & quomodocunq; † hæres inſtitutus non habeat voluntatem teſtatoris: quia, ſcilicet, eã mutauerit, quod ex actu etiam inualido cognoſcitur, ſuccedere non poteſt: vt in terminis (vt aiunt) terminantibus inquit Soc.Iu.
1065 conſ.145.nu.7.& nu.12.lib.2. In dubioq; eligendam † eſſe illam opinionem, quæ pro teſtamento ſuſtinendo faciat, tanquàm benigniorem, dicit Matthe. de Mattheſ.in Tract.de elect.opi.nu.5. & nu.7. Fulg.conſ.90.in quæſtione Ioannis.col.2.verſ.poſtremo. Grat.Reſp.6.nu.26.lib.2. Barbat.conſ.6.nu.3.4.5.lib.j. vbi aſſe-
1066 uerat † opinionem vnius Doctoris fauentem teſtamento præferendam eſſe cõmuni opinioni: Quod & alij tradiderunt, de qui-
1067 bus ſupra nu.583. Quibus accedat gloſ. † not.& ſing.in.l.gallus. .§.quid ſi is. in ver. vtilitatem.ff. de liber. & poſth. qua probatur Publicè intereſſe interpretari, ne teſtamenta reddantur inualida: & ita in dubio interpretandum eſſe, propter publicam vtilitatem, quæ verſatur in eis ſuſtinendis. Quod ſequitur ibi Bal.nu.2. Pau.

Caſt.

Caſt.nu.3.Alex.nu.6.Iaſ.nu.14.Aemil.Perrot.nu.4.Rui.cõſ.15.
nu.17.lib.2.Pet.Rebuf.in Rep.l.vnic.C.de ſent.quę pro eo,quod
1068 intereſt,&c.in præfat. nu.76. Quo fit vt ſemper † hanc vnam lex
habeat intentionem, vt morientiũ vltimę voluntates obſeruentur:
vt inquit Imp.in Auth.de iureiur.à morien.præſt. ab hære. ſeruã.
1069 in princ. Nihil eſt enim, † quod magis hominibus debeatur,
quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquàm iam aliud velle non poſ-
ſint, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium.
1070 l.j.C.de ſacroſan.Eccleſ. Publiceq́; expedit † ſuprema hominum
iudicia exitum habere.l.vel negare.ff. quemad.teſtam. aper. Hinc
1071 teſtantis voluntatem † veluti legem ſeruandam eſſe lex ipſa ſtatuit.
1072 .§.diſponat.Auth.de nupt. Propterea pietatis, † & humanitatis
intuitu amplectenda eſt illa ſententia, quæ pro ſuſtinendo facit te-
ſtamento.l.ſi pars iudicantium.ff.de inoffic.teſtamen. Et ideò ve-
1073 niens contra † voluntatem teſtatoris, cenſetur iura pietatis viola-
re, quàmuis ipſa voluntas aduerſetur fauori libertatis.l.contra vo-
luntatem.C.de teſtamen.manũ. Ipſaq́; cauſa teſtamenti fauorabi-
1074 lis adeò cenſetur † vt duabus ſententijs à duobus iudicibus ordi-
narijs latis, quæ ſint contrariæ, illa ſit ſequenda, quæ pro actore fa-
ciat, ſi agatur de teſtamento ſuſtinendo: quàmuis alias illa, quæ
pro reo facit, eſſet amplectenda.c. fin. de re iud. Quibus, & alijs
1075 rationibus, † quas breuitatis gratia reticemus, Et voluntatem te-
ſtatoris enixè ſeruandam, Et cauſam teſtamenti piam, atq; fauo-
rabilem, Et in dubio pro ipſa voluntate, ac teſtamento iudicandũ
eſſe cenſuit (præter citatos Doctores in locis, de quibus ſupra nu.
1052.vſq; ad nu.1068.) Feder. de Senis conſ.131. caſus talis eſt;
quidam teſtator,&c.cui tres Theologi ſubſcripſerunt. Capra cõſ.
30.nu.18. Alex.conſ.2.nu.7.lib.j.Bald.Nouel.in Tract.de Dote.
in.5. par.nu.1.2. Stepha.de Feder.in Tract. de interpret. iuris. in
vlt.par. nu. 111. Cacialup. in Tract. de Tranſact. q.12. ſub nu.8.
Celeberr.I.C.D.Paulus Leonius in Tract.Subſtitut.in vulgari.nu.
38.39.40.41. & nu. 82. & in compendioſa. nu. 316. 317. 318.
cum plurib.ſeq. Imol.in.l.filio præterito.nu.138.ff.de iniuſ.rupt.
& irrit.fac.teſtam. Roman.conſ.179.nu.22. Alex.poſt ipſum Ro
man.in.l.hac conſultiſſima.ſub nu.13.verſ.Et ita dicit Romanus.
& ibi Iaſ.ſub nu.4.verſ.Pro qua facit,vt dicit Ludouicus.C.qui te-
ſtam.fac.poſſ. Dec.& Cagnol.in.l.in teſtamentis.ff. de reg. iur. &
ipſe Dec.cõſ.285.ſub nu.5.verſ.vltimo nõ obſtat.ac ipſe Cagnol.
plures cumulans in.l precibus.nu.191.C. de imp. & alijs ſubſt.
Neuiza

Neuiza. in Sylua nupt.lib.6. nu. 18.19.20. & conſ.21.nu.19. & conſ.31.nu.1.& conſ.33.nu.5. Soc.Iun.cõſ.124.nu.12.13.lib.j. & conſ.144.nu.23.24. & conſ.189.nu.89.90. lib.2. & conſ.65. nu.1. lib.4. & in.l. centurio. nu.301. ff. de vulg. & pupil.ſubſti. Boër.conſ.10.nu.7. Roland.á Val.conſ.82.nu.17.lib.j. Cephal. nonnullos citans conſ.93.nu.5.Lancil.Conrad.de offic.Prætoris. Rub.de ſententijs.ſub nu.24.limit.6.Didac.Couar.Variar. Reſolut.lib.3.cap.5.nu.7. Fernand,Vaſqui.in Tract. de ſucceſ. pro-
1076 greſ.§.29.ſub nu.23, vbi inter cetera dixit † A iuſtitia, & religione quicquam magis alienum inueniri non poſſe, quàm voluntati teſtantium aduerſari. Bal.conſ.216. verba teſtamenti ita dicunt.
1077 in fin. lib. j. vbi ſcriptum reliquit † Tutiorem viam pro anima, & pro iuſtitia naturali eſſe ſemper iuuare teſtamenta in quantum eſt poſſibile: & maximè ad pias cauſas (& conſequenter etiam inter liberos, quorum cauſa non minus eſt fauorabilis: vt ſupra dixi nu.594.595.) in quibus non eſt de iuris apicibus diſputandum. Ita inquit ipſe Baldus, cuius ſententiam commendat Catel. Cott. in Memoral.in ver. Apices iuris.ad fin.& in ver. Teſtamentum ca-
1078 ſu,&c. Et vt cum Barbat.tandẽ concludamus † *Iſta eſt via æqua, iuſta, & ſancta, & iuri, & æquitati conformis: cùm ratio ipſa naturalis filios, & filias ad parentum hæreditatem vocauerit: & per cõſequens ſequitur, quòd iſtud ſecundum teſtamentum, ſeu ſecunda diſpoſitio fuerit valida, & efficax ad tollendum primum teſtamentum perfectum.* Ita in terminis terminantibus per hæc ipſa verba formalia concludit Barbat. conſ.44.ſub.nu.14.col.9. in princ.verſ. Et iſta eſt via æqua, &c.lib.3. Atq; vt iterum cum ipſo Barbatia ſermo-
1079 nem repetamus † *Ponderet diligenter Dominus Iudicans, quia agitur de excludenda filia à ſucceſſione parentis, quod abhorrent omnia iura tàm humana, quàm diuina: & eſſet ſumma iniquitas eam exclu-*
1080 *dere. Et ideò † partes ſuæ erunt in pronunciando, & declarando primum teſtamentum forè reuocatum per illam ſecundam diſpoſitionem.* Ita in ſpecie eadem facti noſtræ huic perquamſimili, per hæc verba præciſa repetit ipſe Barba.d.conſ.44.col.10. in fin. ante nu.15. verſ. Et ponderet diligenter, &c.lib.3.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# AD LECTOREM.

TVmultuariam Reſponſi huius noſtri impreſſionem dum celerrimè percurrerē, nonnullos errores pręcipuos ſignaui, in quos nullus eſt Typographus tanta oculorum acie preditus, etiam ſi Lynceus ille foret, qui non facilè incidat. Scrupuloſam verò illam orthographię correctionem eis relinquendam eſſe duximus, qui otio, quo nos prorſus caremus, tranquillè perfruuntur. Reſponſum ergo in locis raptim collectis ſic reſtirue.

## EX SVMMIS.

| Pag. | | Lin. | Errores. | Correcti. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | a | 24 | diſtictionem | diſtinctionem |
| 2 | a | 26 | daclaratur | declaratur |
| 5 | a | 10 | ſiug. | ſing. |
| 6 | b | 11 | diſponcudi | diſponendi |
| 7 | a | 12 | Teſlamentum | Teſtamentum |
| | | 26 | Circonſeruntur | Circunſerūtur |
| 8 | b | 30 | teſlatoris | teitatoris |
| 9 | a | 9 | conieſturis | coniecturis |
| | | 12 | deſtinguunt | diſtinguunt |
| | b | 2 | Quamquàm | Quanquàm |
| 11 | b | 1 | venlente | venientes |
| 12 | a | 22 | liberantar | liberantur |
| | | 23 | iſpis | ipſis |
| 13 | a | 38 | banuitum | bannitum |
| 14 | a | 37 | ſaq. | ſeq. |
| 15 | a | 3 | declarat r | declaratur |
| | b | 15 | ab | ob |

## EX RESPONSO.

| Pag. | | Lin. | Errores. | Correcti. |
|---|---|---|---|---|
| 18 | a | 5 | adihibitis | adhibitis |
| 22 | b | 32 | teſtarore | teſtatore |
| 23 | a | 32 | ſnb | ſub |
| | | 36 | ab | ad |
| 25 | a | 10 | ſimul | ſimul |
| | b | 39 | oblunga | oblonga |
| 28 | a | 17 | Quamquàm | Quanquàm |
| 29 | a | 27 | propoſitio | propoſitio |
| 32 | a | 31 | omnibns | omnibus |
| | | 35 | Adquus | Aequus |
| 34 | b | 23 | ſinè | ſinè |
| 35 | a | | conſ.306. | conſ.307. |
| | | 27 | poſteritate | poſterioritate |
| | | 38 | ci | rei |
| | b | 9 | perpe uam | perpetuam |
| | | 15 | omnibns | omnibus |
| 41 | b | 27 | Doctotum | Doctorum |
| 43 | b | 38 | iuri prudcutia | iuriſprudentia. |
| 45 | a | 26 | moderantę | moderante |
| 49 | a | 9 | conſeentiant | conſentiant |
| | b | 5 | ſi | ſi |
| 51 | a | 39 | opera ur | operatur. |
| 52 | b | 23 | apientia | ſapientia |
| 54 | a | 12 | diſpoſitione | diſpoſitione |
| | b | 32 | ſiſtinea ur | ſuſtineatur |
| 57 | a | 6 | perſe io | perfectio |
| 58 | a | 34 | perſęcto | perſecto |
| 59 | a | 13 | ſi | ſi |
| 61 | a | 11 | Quamquàm | Qua nquàm |
| 64 | b | 16 | Fulgoſium | Fulgoſium |
| 68 | b | 27 | vel | nec |
| 69 | b | 17 | conſtiruit | conſtituit |
| 70 | b | 26 | veta | vera |
| 74 | a | 19 | reſoluit | reſolut. |
| 76 | b | 2 | ſint | ſint |
| . | | 29 | alia | aliqua |
| 77 | a | 26 | tame ſi | tametſi (dum: |
| | b | 37 | animadverrēdū | animaduertē- |
| 78 | b | 38 | poſt verb.Idem. reſtitue. ſi. | |
| | | 39 | poſt verb,alienigenis.deme.ſi | |
| 82 | b | 9 | ipſis | ipſi |
| 83 | a | 1 | mauu | manu |
| | | 7 | ciuſq, | eiuſq; |
| 90 | b | 15 | ſubantia | ſubſtantia |
| 92 | b | 29 | probanda | probandum |
| 94 | b | 21 | taciè ſe | tacitè ſe |

## EX INDICE.

| In Verbo. | Errores. | Correcti. |
|---|---|---|
| Difficultas. | loquainur | loquantur |
| Geminatio | ſignicandū | ſignificandam: |
| Paulus | verſ. Ipſius concluſio | |
| | faſti | ſacti |
| Perfecta | Deſtinguitur. | Diſtinguitur |
| Schedula | verſ. Ipſa teſtamenti | |
| | ſignificandā. | ſignificādum |
| Teſtamenti | verſ. Paterni ad | |
| | teſlamento | teſtamento |
| Teſtamentū. | verſ. Patris inter. I. | |
| | iucidenter | incidenter |
| Voluntas | verſ. Ipſa autem | |
| | rationem | rationum |

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
1971
ROMA